

13
P. Bla
1742, 1.
5

B. C. D.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
USU REMEDII LEGIS
FIN. COD. DE EDICTO
DIVI HADRIANI TOLLENDO
PRÆCIPUE IN CAUSSIS FEUDALIBUS
ET ILLUSTRIBUS,
QUAM
DIVINA ANNUENTE CLEMENTIA
P R A E S I D E
DN. JEREMIA EBERHARDO
LINCKIO,
J. U. D. JUR. PUBL. ET PAND. P. P. O.
CAP. THOM. DECANO,
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM
UNIVERSITATE
SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI OFFERT
AD DIEM 25. JUNII. MDCCXLII.
AUCTOR
JO. GEORGIUS SCHROETER,
MEININGA - FRANCUS.

ARGENTORATI,
Typis, MELCHIORIS PAVSCHINGERI, Typogr.



Dissertatio iuridica
de
USU REMEDII LEGIS
HEI COD. DE EDITIONE
DIATI ADRIANI TOTTENDO
PREGOLUE IN CAUSIS FEDERALIBUS
ET INTERNATIONIBUS
QUAM
DIVINAE ANNUNCIATIONE CLEMENTIA
TITULICIO
DILECTORUM AFFECTU
TE D. DR. IACOB ET FRANCIS RO.
IN ALIA ARGENTORATENSIS
UNIVERSITATE
SCIENTIAE MEDICOCHIRURGICAE
ADIECTOR
I. GEORGII SCHROETER
MINIME - TITULICIO
ARGENTORATI
TITLE MECOCHIRI PASCINERI THESEI

A SON ALTESSE
SERENISSIME, MONSEIGNEUR,
MONSEIGNEUR
CHARLES
FREDERIC,
DUC DE SAXE,
DE JULIERS, DE CLEVES
ET DE BERGUE, D'ANGRIE ET DE WEST.
PHALIE , LANDGRAVE DE THU.
RINGUE, MARGGRAVE DE MISNIE,
COMTE-PRINCE DE HENNEBERG,
COMTE DE LA MARCHE ET DE
RAVENSBERG, SEIGNEUR DE RA.
VENSTEIN, CHEVALIER DE L'ORDRE
ROYAL POLONOIS DE L'AIGLE
BLANC, ET DE SAINT
HUBERT. &c. &c. &c.
A MON TRES GRACIEUX
PRINCE ET SEIGNEUR.

MONSEIGNEUR
SERENISSIME MONSEIGNEUR
MONSEIGNEUR
CHARLES
FREDERIC
DUC DE SAXE
DE JULIERS DE CLEVES
ET DE BERGUE D'ANGLERIE ET DE WEST
PHALIE LANDGRAVE DE HES
AMON TRES GRACIEUX
PRINCE ET SEIGNEUR.

L'ⁿy a rien de plus
convenable aux dé-
voirs d'un sujet fidel
& rempli de zéle, que
de consacrer sa vie à son Prince, de la
de-



destiner uniquement à l'utilité de
son Etat , & au bien de son ser-
vice , & d'y diriger toutes ses
Actions. Quoy que je sois penetré
de ces sentiments , je n'aurois cepen-
dant pas osé, MONSEIGNEUR, re-
clamer VOTRE Protection en fa-
veur de ce petit ouvrage , ni mettre
sous les auspices & aux pieds de
VOTRE ALTESSE SERENIS-
SIME le présent *Essay* de mes
Etudes , si je ne connoissois SON
grand amour pour les Sciences &
l'at-

*l'attention tout à fait particulière,
qu'ELLE a pour ceux, qui les cul-
tivent. Ainsi je supplie, avec la
plus profonde soumission, VOTRE
ALTESSE SERENISSIME, d'a-
gréer, s'il LUI plaît, mes très
humbles hommages, & de les acce-
pter, comme un gage d'un cœur ab-
solument dévoué à son Prince : heu-
reux si je puis un jour VOUS te-
moigner, MONSEIGNEUR, mon
zèle, mon attachement & ma fi-
delité par des services réels & par
l'em-*

*l'empressément le plus vif de plaire
à un Prince, qui par ses rares vertus
& par toutes les qualités sublimes,
qui distinguent le Souverain, s'est
rendu adorable. Je ne cesserai ja-
mais d'adresser mes voeux au
TOUT PUISSANT, & de l'im-
plorer, de conserver VOTRE AL-
TESSE SERENISSIME, pendant
une longue suite d'années, en la plus
parfaite prospérité, & digne de la
brillante gloire, que VOUS, MON-
SEIGNEUR, qui êtes les Delices*

de

Jean George Schröder.

de Vos sujets , & l'admiration de
tout l'Empire , adjoutés de jour
en jour à l'immortalité de VOS Au-
gustes Ayeux.

Jesuis avec le plus profond respect
& avec la plus parfaite soumission

MONSEIGNEUR

**DE VOTRE ALTESSE
SERENISSIME**

*Le très humble, le très obéissant, le très
devoué & le très fidèle Serviteur
& Sujet,*

JEAN GEORGE SCHROETER.

(i) 20

DISSE^RTAT^O JURIDICA
DE
USU REMEDII LEGIS
FIN. COD. DE EDICTO DIVI
HADR. TOLL. PRÆCIPUE IN CAUSSIS
FEUDALIBUS ET ILLUSTRIBUS.

SYNOPSIS.

S E C T I O I .

DE REMEDIO L. FIN. COD. DE EDICTO
DIV. HADR. TOLL. IN GENERE.

- | | |
|------------------------------------|--|
| §. 1. Prologus. | §. 16. Hujus tenor. |
| §. 2. Præstantia Legis. | §. 17. Differt ab interdicto |
| §. 3. Ejus definitio. | quorum bonorum. |
| §. 4. Duo Legis membra. | §. 18. Est interdictum Imperatorium, nec datur ex illo conditio. |
| §. 5. Sublatum D. Hadriani editum. | §. 19. Interdictum quid? |
| §. 6. Intra annum profuit. | §. 20. Etymologia. |
| §. 7. De edictis Prætorum. | §. 21. Homonymia. |
| §. 8. De edictis Principum. | §. 22. Interdicta sunt vel Præatoria l. imperatoria. |
| §. 9. Hadrianus quis? | §. 23. Nostrum interdictum est ad ipsicendæ possessio[n]is. |
| §. 10. Vocabatur Divus. | §. 24. In quæ bona quis ex dicta L. mittatur. |
| §. 11. Qui Divi vocati fuerint? | §. 25. |
| §. 12. Eorundem honoris cultus. | |
| §. 13. Lex Viceimaria quid? | |
| §. 14. Ejus fata & finis. | |
| §. 15. Nova Justiniani Lex. | |

A

§. 25.

- §. 25. Mittitur heres vi testamenti vitio visibili carentis: et vi-
tium visibile quid?
- §. 26. Vitium debet esse in loco testamenti su-
specto.
- §. 27. Hoc etiam laborare potest testamentum judiciale.
- §. 28. In quo probanda in- finuatio.
- §. 29. Testamento inter liberos objici nequit, quod sit imperfe-
ctum.
- §. 30. Remedium nostrum post annum com- petit.
- §. 31. Utilius est hereditatis petitione.
- §. 32. In dicto remedio non admittuntur exce-
ptions altioris in-
dagnis.
- §. 33. Utitur eo heres in testamento scriptus.
- §. 34. Datur etiam heredi beredis scripti.
- §. 35. Pater hoc habet in bonis filio relictis.
- §. 36. Nec non ad tempus institutus.
- §. 37. Et in legitima institutus.
- §. 38. Quid juris circa infantes et furiosos.
- §. 39. An etiam sit mitten-
dus executor testa-
menti?
- §. 40. Heredi scripto etiam filius cedere tene-
tur.
- §. 41. Nullo modo feminis denegandum.
- §. 42. In codicillis scripti hoc habent remedi- um.
- §. 43. Etiam scripti in co-
dicillis ab intestato factis.
- §. 44. Obtinet etiam in mor-
tis causa donatio-
nibus.
- §. 45. Hoc remedium non habet heres ab in-
testato.
- §. 46. Contraria sententia refutatur.
- §. 47. Heres nuncupatus ha-
bet hoc remedium, si scripturam pro-
ferre potest.
- §. 48. Confessio adversarii scripturae habet vi-
res.

§. 49.

- §. 49. In nomina quoque heres mittitur.
 §. 50. An etiam mittatur in certa re institutus?
 §. 51. Etiam substitutus habet L. remedium.
 §. 52. Institutus substituto antefertur.
 §. 53. Substitutus per tacitam vulgarem & pupillarem substitutionem etiam admittitur.
 §. 54. §. 55. & 56. Quando si deicommisarius?
 §. 57. Producendum est testamenti authenticam.
 §. 58. Interdum quoque copia sufficit.
 §. 59. Coram competente judee produci debet.
 §. 60. Iudex immisurus
- gaudere debet mixto imperio.
 §. 61. Quae circa processum solent observari.
 §. 62. Necesse est, probare mortem testatoris.
 §. 63. Appellatio non admittitur.
 §. 64. An peti queat restitutio in integrum contra immisstonem?
 §. 65. Ipsa immisso fiat cum testificatione publicarum personarum.
 §. 66. Nec adesse debet legitimus contradictor.
 §. 67. Immisso nulliter suscepta rescinditur.
 §. 68. An obtineat nostrum remedium in unione prolium & pacto dotali.

S E C T I O II.

Membr. I.

DE USU REMEDII, CIRCA FEUDA IN GENERE.

- §. 69. Remedia possessoria juris civilis in feudalibus locum habere possunt.
 §. 70. Et in feudis testamentariæ dispositiones dantur.

A 2

§. 71.

- §. 71. Distinguunt DD. an
feudum novum sit
an antiquum.
 §. 72. Dantur præcipue in
feudis testamentaria,
ubi hoc privilegi-
um vult vel con-
suetudo.
 §. 73. In feudis itaque lo-
cum habere potest
nostrum remedium.
- §. 74. Exempla.
 §. 75. Mittuntur etiam filie
contra agnatos pos-
sessorum. Exempla.
 §. 76. Habent etiam feminæ
hoc remedium in
linea collaterali.
 §. 77. An etiam hoc benefi-
cium expectativa-
rio competit?

Membr. II.

DE USU REMEDII L. FIN. COD. &c. IN FEUDIS IMPERII ET CAUSIS ILLUSTRIBUS.

- §. 78. In feudis imperii suc-
cessio testamentaria
frequens est.
 §. 79. Exempla.
 §. 80. Usum itaque præstat
nostrum remedium
in feudis vexilli &
causis illustribus.
 §. 81. & 82. Exempla.
 §. 83. 84. 85. 86. & 87. E-
xemplum Siegen-
ense.
 §. 88. Pacta successoria sum-
mum apud Germa-
nos habuere favo-
rem.
- §. 89. Applicantur itaque
ius actiones & re-
media juris succes-
soria.
 §. 90. Ita & nostrum reme-
dium.
 §. 91. Pactum vero debet
esse omni parte per-
fectum.
 §. 92. Terminus civilis quo-
ad præscriptionem
in causis illustribus
observatur.
 §. 93. 94. 95. Forum.

SE-

SECTIO I.

DE REMEDIO LEG. FIN. COD. DE EDICTO DIVI HADRIANI TOL. LENDΟ

IN GENERE.

§. I.

Anto majorem in cognoscendis, nec non rite applicandis, quæ in reipublica salutem vergunt, legibus operam esse collocandam, quanto ube-
rior atque frequentior ea-
rundem quotidie usus cerni-
tur ac præstantia, absconum
fane foret ire inficias. De
earum ergo legum natura &
indole, quæ, quod ad originem, caufis in Rom. Rep.
privatorum latæ, caufis etiam personarum illustrium
in Germania applicari commode queunt, nec minus
in hisce discutiendis egregiam prestant utilitatem, fol-
liciti ut simus, operæ pretium est.

§. II.

Eminere inter easdem videtur mihi remedium
L. ult. Cod. de Edicto Div. Hadriani toll. quod tum
quotidiano in judiciis venit usu, tum propter expeditissimam procedendi rationem non potest non cui-

A 3

vis

vis ultro sese commendare ; adeo , ut idem BENEDICTUS CARPZOVIVS Lib. IV. Rep. 19. utilissimum & quotidianum ; Philippus Decius famosum & quod utilem atque quotidianam haber materia & Franciscus Curtius Jun. subtile ac fructuosum appellare remedium, non dubitaverint. Cujus remedii, quum tam elegans pariter ac utilis sit materia , fieri sane non potest , quin hujus indolem , usumve præprimis circa causas illustres insignem pro ingenii viribus curatius paullo , Q. D.B. V. inspiciam.

§. III.

Est vero haec L. fin. Cod. de edicto D. Hadri. tollendo Interdictum Imperatorium , vi cuius heres in testamento externa sua forma perfecto scriptus , qua scriptus , impetrat a judice possessionem bonorum a testatore mortis tempore possessorum.

§. IV.

Quo autem , quæ circa istam legem notanda veniunt , ordine suo rite excutiantur , neve L. nostram per transennam quasi adspicere videar , arridet L. nostræ textum in duo membra dispescere.

§. V.

Membrum nimirum prius , quod vel rubrica L. indigitat , sublatum continer D. Hadriani edictum , cuius quidem vestigia nulla deprehendimus præterea , quæ in L. 7. Cod. Theodos. de testamentis , L. 26. Cod. Theod. quorum appellations non recip. JULII PAULI Lib. III. recept. sent. Tit. V. n. 13. & Tit. Cod. de Edict. D. Hadri. toll. nobis exhibentur. Ipsum vero ad

ad nos non pervenit. Hoc vero edicto , quoad sat
probabilibus conjecturis constat , Augustissimus ille
Princeps Hadrianus occasione L. Juliæ de vigesima
hereditatum , legatorum , atque mortis caussa donationum
sanxit , ut heredes in testamento scripti nec non
legatarii , mortisque caussa donatarii aperris confessim
tabulis , etiam si falso , ruptum , aut irritum testamen-
tum diceretur , (salvo quidem harum exceptionum in
ulteriore disceptatione opponendarum jure) in pos-
sessionem bonorum mitterentur , viceliam tamen
hereditatum , legatorum ac mortis caussa donationum
partem cedere siccō tenerentur , prout nos docet JACOBUS
CUJACIUS in Paratitl. in Codicem Tit. de E-
dict. D. Hadr. toll.

§. VI.

De hocce Hadriani remedio adipiscendæ posses-
sionis quin adducam nequeo , illud angusto nimis co-
arctatum fuisse temporis spatio , ita , ut anno elapsò
heredes scripti præscriptionis exceptione repelleren-
tur ; intra vero annum ne concessa quidem appellatio-
ne ad bonorum possessionem admitterentur . L. ult. ff.
de appell. recip. & L. 6. Cod. quorum appell. non recip.
RENATUS BOTTEREAU in Hadriano Legislatore pag.
189. HENRICUS ZOESIUS Comm. ad Dig. Lib. XLIII.
Tit. 2. n. 8.

§. VII.

Ne autem , quæ ad rem nostram spectare viden-
tur , siccō , ut ajunt , pede præteream , facere non pos-
sum , quin de edictis quædam , quæ illustrant , addam .
Vocantur alias edicta quoque litteræ patentes , pro-
gram-

grammata publica , Germanico vero idiomate , *Paten*te , *Ordnungen* , *Befehle* , &c. Haud immerito autem ab invicem distinguuntur edicta præatoria in albo (*) proposita & illa , quæ ab Hadriani maxime temporibus Principes publicarunt. De illis notar. J o. SALOMON BRUNQUELL. *Hist. juris Part. I. cap. 8.* §. 17. & SCHULTINGIUS in *jurisprudentia antequintinianæ pag. 803. not. 6.* , quod proprie nequeant legum appellatione venire , quum Prætores , qui maxime usi sunt edicendi jure , legem nec condere nec abrogare potuerint; *L. 12. §. 4. de publiciana in rem actione.* Prætoris enim officium , licet maxime circa leges versaretur , legislatoria tamen potestate , quippe qua solus pollebat populus , non gaudebat , ejusque saltem fuit , *LL. civiles* ad æQUITATIS rationem corrigere atque supplere. Quantumvis enim Prætores in provinciis interdum autoritate a Senatu accepta *LL. condidisse dicantur à Cicerone II. in Verrem* , has tamen leges , quum ab iis tantum conderentur , quibus concessa fuit a Senatu condendarum *LL. potestas* , non tam Prætoris , quam Senatus autoritati tribuemus , magisve dicemus Senatus & populi , quam Prætorum leges.

(*) Vulgo quidem existimant , album fuisse murum gypso dealbatum . Satis autem ingenii se perhibet JACOBUS CUJAS in *Codicem ad rit. de edendo pag. 1.* edicta in mundo i. e. propalam in pleno lumine fuisse proposita , albumque inde vocatum esse , ubi Prætor edicta sua proposuerit. Sed fides sit penes auctorem.

§. VIII.

Edicendi vero potestas ab eo tempore , quo Augustus ejusve successores ad reipublicæ gubernacula federe cœperunt , ad Imperatores lento gradu transit. Principes enim , ne condendi juris potestatem statim sibi

sibi arrogare viderentur , eam saltem e campo in curiam transulere , quo facto facillimum fuit , populi cervicibus jugum imponere ; evenit itaque , ut ipsi quoque Imperatores ab Hadriani jamjam temporibus edixerint . Primus enim HADRIANVS videtur edicta sua promulgasse , quippe quum antiquiora principum ram in Codice Justinianeo , quam Theodosiano extant nulla . Haec vero Principum edicta sunt constitutiones generales , quibus princeps spontaneo aliquid motu sancit . Horum quedam deprehendens enumera in LAURENTII ANDREÆ HAMBERGERI opusculis cum prefatione ab Illustri Jo. GEORGIO ESTORE editis pag . 263 .

§. IX.

In hisce Principum edictis est etiam illud , quod ab AELIO HADRIANO promulgatum , cuius in nostra L. facta est mentio . Hunc S. R. Imperii tenuisse sceptra , in historia vel modice versatis notum est . Tantum vero absit , ut eximia , qua fulgebat , eruditio non omnes suæ dignitatis longo post se reliquerit intervallo , ut potius in restauranda jurisprudentia desudarit ita , ut legibus rempublicam imbuuisse jure dicatur optimo , de quo vide LAURENTII ANDREÆ HAMBERGERI opuscula pag . 263 . Insignem ejus ac singularēm plane in legibus ferendis soleritiam cognoscet ex RENATI BOTTEREAU Hadriano Legislatore . Multa quoque de illo tradit BEGER , DODWELL , aliique .

§. X.

Non igitur est , cur mirer , Romanos tanto fuisse Hadrianum honore prosecutos , ut Divum appellitare illum non dubitassem . Quanquam AELIUS SPARTIANUS

B

TIANUS

TIANUS Cap. XXVII. autumet, Senatum haud adeo primum ad tribuendum Hadriano honorem istum fuisse, dicens: *Aëta ejus irrita fieri Senatus volebat, nec appellatus esset Divus, nisi Antoninus rogasset; cuius rationem Celeb. Dn. SCHOEPFFLINUS Diff. de Apoteose profert ex Aurelio Vistore*, quod nimurum Senatus multos sui ordinis viros, Hadriani morbo laborantis jussu, occisos credidisset. Veteres vero legimus hoc epitheton iis tantum tribuisse Principibus, quorum memoria a Senatu solemni ritu fuit consecrata, uti constat ex VIGLII ZUYCHEMI prælectionibus pag. 102. Primum vero Cæsarem hocce honoris titulo fuisse exornatum ex historia patet. Eundem postea nactus est Nerva a Trajano Imperatore consecratus, nec non Divus Trajanus ab Hadriano in Divorum relatus numerum, cuius mentionem facit EUTROPIUS Lib. VIII. Celebrantur etiam *Divus Antoninus, Divus Commodus, Divus Pertinax*, multique insequentes.

§. XI.

Qua honoris specie, quamvis illi saltim fuerint colendi, qui jam e vivis excesserint, cuius rationem suppeditat TACITUS: nam Deum honor, inquit, Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit; vivos tamen eadem interdum per adulacionem gavios fuisse, notat JOANNES KIRCHMANNUS de funeribus Romanorum, Lib. IV. cap. 13. Quid quod viventibus adhuc Imperatoribus numamos cum Divorum inscriptione cūsos inveniri, tradit PETRUS BELLORIUS Histor. Auguft. pag. 74. seq. Longe tamen sublimiori, augustiorique fulgebant honore, qui mortui demum fuere consecrati, quam quibus inter vivos sub-

subinde a Senatu , penes quem jus circa sacra fuit , honor iste decretus fuerat . Sane vero discri men sta- tuendum inter Deos proprie sic dictos , qui æterni & immortales esse dicebantur , & Divos , quorum memo- ria saltim consecrata . Quare Divi haud pro veris Numinibus habebantur , id quod indicant AELIT SPARTIANI verba Cap . XXVII . *Templum ei denique pro sepulcro apud Puteolos constituit & quinquennale cer- tamen & flamines & sodales & multa alia , que ad ho- norem QUASI NUMINIS pertinereant.*

§. XII.

Consecratio Divorum multis peragebatur sole- mnibus , consecratisque templa exstruebantur , nec non flamines , qui sacra in eorum peragerent memori- am , instituebantur , inter quos etiam notantur ita dicti Hadrianales . De hisce colendi ritibus prolixè differuit Jo . KIRCHMANNUS *Lib . IV . cap . 14 .* Con- secrati vero in eo majoris , qui his tribuebatur , ho- noris signum , alio plane habitu , quam conspicui ante fuabant , in nummis , marmoribus , templisve fue- re repræsentati , novique eisdem tituli fuere tributi . Erectæ sunt iis statuae , quæ mox auro , mox argento , & interdum quoque ebore , aere marmoreque confi- ciebantur , quæ prout minor aut sublimior consecra- tis honor contigit , ad diversam exsurgebant magni- tudinem . Solemni statuae ritu inaugurabantur , id quod fiebat per unctiones , coronationes , preces , sa- crificia & adorations ; Unde & ipsæ statuae magnis sunt adfectæ honoribus , quo spectat poplitum coram simulacris flexiones , salutaciones , oscula , unguenta , thura , aliaque ferme innumera . In consecratorum prærogativis quoque fuit illud , ut ad eorundem cul-

B 2
tum

tum hymni componerentur, quas Divorum colendorum solemnitates sigillatim recenset Celeb. Dn. SCHOEPFFLINUS dicta diff. de *Apotheosi s. consecratione Imperatorum Romanorum.*

§. XIII.

Sed redeundum in viam. *JUSTINIANUM in L. nostra f. Cod. de editio D. Hadri. tollendo legis vicesimaria mentionem fecisse animadvertisimus.* Erat autem Vicesima quantitas certa ex hereditatibus & legatis ærario inferenda. Dicitur etiam haec lex vicesimaria *Lex Julia de vicesima hereditatum, a JULIO, qui hanc L. in Senatu rogavit.* Regulariter enim LL. a rogatore nomen sortiebantur. Nec raro vocatur *Julia vicesima.* Jo. SALOMON. BRUNNQUELL. *Hist. Juris Part. I. Cap. VI. §. 5. pag. 61.* Primum vero introductam eandem legimus ab Augusto, qui ad sustinendos exercitus non potuit non hac lege (*) hereditibus exteris nec inopibus vicesimam hereditatis partem fisco praestandam irrogare, quæ non ex hereditatibus solum, sed etiam ex legatis extraneo relictis praestabatur. Ad vicesimam vero cogendam constitutus fuit procurator, s. questor Cæsaris *L. 22. de transactionibus,* qui *vicesimæ hereditatum Procurator in antiquis vocatur inscriptionibus, veluti PROC. XX. HER. vel: PROC. AUG. XX. HERED.* De hereditibus igitur institutis hereditarive quantitate ut eo melius citiusque constaret, cavit simul hac L. Augustus, ut tabulae statim (**) post mortem testatoris & rite aperirentur. *PAULUS recept. sent. Lib. IV. Tit. 6. §. 3.* Statim vero & rite aperæ dicebantur tabulae, si a præsentibus (***) intra dies tres vel quinque a morte testatoris adhibitis, qui signaverant testamen-

stamentum testibus, vel, si eorum non fuerit copia, adstantibus optimae famae viris, tabularum vincula erant soluta, testamentum recitatum, (****) describendi exempli data erat facultas. De ipsa L. vicesimaria plura quære apud PLINIUM in Panegyrico Traj. Cap. 37. seqq. nec non in AEMILII MACRI duobus εικόσων libris, quibus uberiorem hujus L. explicationem inveniemus nullam. Eorum vero qui de hac L. scripserunt antiquissimum AULUM OFI- LIUM laudat L. 2. §. 44. de O. J.

(*) Ipse hujus L. textus inter eruditos desideratur, qualis vero ejusdem tenor fuerit, ex L. nostra f. C. de Edito D. Hadriani rollend. aliisque textibus probabili conjectura colligimus. Aliaque hujus vicesimæ vestigia deprehendit JACOBUS CUJACIUS Obser. Lib. V. cap. 16. & Lib. XI. cap. 24.

(**) Nec fieri saltem illud expediebat propter istam Augusti L. sed etiam propter L. caducariam, vi cuius fiscus ad se rapiebat ea, quæ defecerant ante apertas tabulas sub appellatione caducorum, de quo vide ULPIANUM Tir. 17.

(***) Absentibus enim in singula vicina millia passuum singuli dabantur dies, quibus possent iter faciendum absolvere.

(****) Recitantur testamenta in foro aut Basilicis & quidem intra horam secundam & tertiam, tam procul dubio ob causam, quia forum hac dici parte multitudine populi, quippe qui duas primas diei horas officiis & salutationibus consumebat, statere videbatur. Peragebatur autem hic actus presente magistratu, qui data iis, quorum interesset, describendi facultate testamentum obsignabat. Illustrantur ista ex iis, que AUGUSTINUS scribit in Psalm. XXI. Tam diu, ait, contenditur de hereditate mortuorum, quam diu testamentum proferatur in publicum, & quum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacens omnes, ut tabula speriantur, & recirentur; judex intus audiebat, advocati silent, pracones silentium faciunt, uniusversus populus suspensus est, ut legantur verba mortui non fenantis in monimento. &c.

§. XIV.

Hanc legem, uti vocant, vicesimariam, Nervæ
 (*) nec non Trajani constitutionibus interpolatam,
 Divus Hadrianus edicto suo adauxit ita, ut heredes
 in testamento instituti, nisi repudiare hereditatem ve-
 lint, intra anni spatium (§. VI.) bonorum imperare
 possessionem tenerentur; cui hæc videtur ratio sub-
 fuisse, quod heredes dolosa forte cunctatione fiscum
 hereditatis vicesima (**) defraudassent. Postea vero
 ob singularem forte Imperatoriæ munificentie æmu-
 lationem in desuetudinem sensim abeunte vicesima ac
 postea prorsus antiquata, (***) retentoque nihilo se-
 cius per longum temporis tractum introducto ab Ha-
 driano anno spatio, exclusivis post illud heredibus
 testamentariis a bonorum possessione; ægre hoc tu-
 lit Justinianus, tam arctis hoc heredis beneficium cir-
 cumscribi limitibus. Quare illi curæ cordique fuit,
 novo suo interdicto ejus ampliare favorem.

(*) *Nervam omnium primum Augusti L. emendaturum*
ab hoc vicesimæ vestigali liberasse filios in bonis paternis
heredes factos, ait PLINIUS in Paneg. Traj. quamvis alii
putent, ipsum Augustum filios ab hoc onere immunes
voluisse. Ita etiam Trajanus, si PLINIO fides habenda,
parentes in liberorum, fratresque in fratum bonis a vicesi-
ma praeflanta liberos esse constituit.

(**) Post Hadrianum quoque Antonius Bassianus Caracalla,
 quem largitionibus in milites profusissimum legimus, uti
 quidem tradit HERODIANUS Lib. XI. cap. 24. ita hanc
 vicesimam auxit, ut loco vicesimæ, quæ debebatur antea,
 partis, jam decimam non de hereditatibus tantum, sed &
 legis aliisque testatorum liberalitatibus praestari voluerit.
 Reduxit vero eandem successor eius Macrinus. SCHUL-
 TINGIUS in notis ad Iulium Paulum pag. 400.

(***) Utne enim hac vicesima confundas velim laudemium,
 quæd extraneus heres institutus, si investituram bonorum
 emphya

emphyteuticorum a Domino petat, in recognitionem dominii directi tanquam novus possessor, non tanquam heres, tenet per solvere; nec illud quod heredes & legatari de hereditatibus legisive extra territorium transferendis magistrati debent, quum hoc prospere deactionis, non vero nomine acquisita hereditatis debeatur.

§. XV.

Ad alterum itaque ducor legis nostrae de edito D. Hadri, toll. membrum, quod novam (*) Justiniani legislationem anno a C. N. DXXXI. siue regiminis quarto promulgatum complectitur. In tanti vero Principis si laudes excurrerem, longissime, credo, a scopo aberrarem; ad ventilandam quippe novam ipsius constitutionem, ut me accingam potius, necesse est.

(*) Absque fundamento querunt: an haec Justiniani constitutio nova dicenda sit, ita, ut Hadriani illud editum in totum haberi queat abrogatum? Quantumvis enim in nostra Justiniani legislatione missio heredis scripti, in illa Hadriani statuta, confirmari videatur ac retineri; evicta tamen res est, nostram Justiniani constitutionem esse juris novi promulgatoriam, solamque hodie considerari ex eo, quod Imperator Justinianus expresse voluerit, missiōnem fieri ex D. Hadriani edito deberet nevequam; id quod ex ipsis legis nostrae verbis: *Editio Di. Hadriani cum multis ambagibus &c. indseritis narrationibus penitus quiescente &c.* sole meridiano est clarius. Autem quidem Glossator ad hanc legem, Divi Hadriani editum quiescere saltē in eo, quod male dictum fuit, i. e. quatenus ambages &c. editum continuit. Concederem, quod glossator ait, si verba essent: *ambagibus editi quiescentibus*; At vero lex nostra editum D. Hadriani penitus i. e. universum *CUM suis ambagibus quiescere jubet*; cum itaque dicatur: *cum suis ambagibus, infero, non ambages tantum, sed & ipsum editum & quidem principaliter esse abrogatum,*

§. XVI.

§. XVI.

Constituit vero Justinianus , ut heres , sive sit ex asse , sive ex parte institutus , testamentum in quacunque externæ sua formæ parte perfectum omnique visibili vitio carens judici offerat , legitimo contradictere non extante , in earum rerum possessionem immittatur , quæ testatoris fuere mortis suæ tempore , rejectis in peritorium altioris indaginis exceptionibus ; hoc addiro , ne quis testamento ita perfecto stipatus præscriptionis exceptione repelleretur , nisi ipsa principialis de hereditate quæstio sit peremta .
JACOBUS CUIJACIUS paratil. in Codicem b. T.

§. XVII.

Nec exiguum plane hanc legem & interdictum quorum bonorum discrimen intercedit. Celeb. equidem AUGUSTINUS LEYSERUS hocce remedium ab interdicto quorum bonorum plane non differre existimat ; Quid ? quod unum idemque esse arbitratur , quia nimur utriusque ea esset natura ; ut amputatis rejectis in peritorium , quæ altiorem indaginem requirunt , exceptionibus , illi , qui testamento esset stipatus , hereditatis daretur possessio . Verum enim vero , si tanto reclamare viro licet , in eo , quantum ego quidem video , differre mihi videntur , quod in dicta nostra lege heres unice se se fundet in testamento prima fronte perfecto , nostrumque remedium hoc habeat per se , ut heres vi testamenti immittatur ; in interdicto quorum bonorum vero heres missione petat non vi testamenti , sed qua heres præsumtivus , ei que propter hoc juris sui succedendi demonstratio incumbat , & per accidens proinde remedium illud

Q. B.

Q. B. hoc habeat, ut ex oblatō testamento mittatur, utī quoque sentit LAVTERBACHIVS Coll. Theor. præct. Lib. XLIII. T. 2. §. 20. & HENRICVS ZOE-SIVS Comm. ad Dig. Lib. XLIII. T. 2. n. 5. Quare & JACOBVIS MENOCHIVS adipisc. poss. remed. IV. n. 45. differentiæ ratiohem in eo deprehendi statuit, quod interdictum quorum bonorum concedatur quoque venientibus ab intestato, propterea, quod ex jure hereditatis præsumtivo hoc interdicto mitterentur, nostræ vero constitutionis beneficium solummodo testamentum habenti tribuantur. *vid. n. 54.* Nec non, quod interdictum Q. B. concedatur pro rebus, quæ fuere in bonis defuncti, licet earundem possessione fuerit destitutus; in remedio vero nostro requiri, ut ipse eas testator possederit. Pater præter hæc eorum differentia vel ex eo, quod interdicto Q. B. regulariter quis mittatur in res saltem defuncti corporales nostro vero remedio incorporalium quoque possessionem nanciscatur. LAVTERBACHIVS Coll. theor. pr. Lib. XLIII. T. 2. §. 8. & 19. Et quæ sunt alia. Id saltem addo, Remedium nostrum convenire cum Interd. Q. B. in eo, quod etiam detur heredi præsumtivo testamentario.

§. XVIII.

Jam revertor ad definitionem in §. dissertationis III. allatam, ubi *L. nostram de edito Diu. Hadri. toll.* ad interdicta eaque Imperatoria referendam esse duxi. Id quod, quantumvis ex ipsa *L.* indole ejusque effectibus facillime pateat; haud tamen deesse scio, qui ex illa conditionem ex *L.* posse concedi autumant; quorum sententia, quam infirmo nitatur talo, optimus quisque perspiciet. Conditionem quippe ex *L.* tunc demum oriri, quando nova Lex obligationem producit, nec quo genere actionis agendum sit, in illa

C

illa

illa determinatur, conspirant Jcti unanimes, & docet Cel. VLRICVS HVBERVS in *prael. ad Pand. b. T.* LAVTERBACHIVS *Colleg theor. pr. b. T.* nec non Illustr. BOEHMERVS *Introd. ad Jus Dig.* p. 340. vid. quoque *L. un. ff. de condic.* ex *L.* Jam vero conditionem ex *L.* actionem esse personalem, & obligationem tanquam fundamentum requirere, ita, ut alter ab altero aliquid vi obligationis a *L.* impositae perat, est qui negare audeat, nemo. In nostra e contrario legge non praefice alicui obligationem imponi, sed herediscripto singulare quoddam beneficium tribui, adeoque nihil hocce remedio ab altero peti, sed officium judicis implorari, ut heredi possessionem impertiatur, animadvertismus. Etenim hoc remedium qui actionibus proprie sic dictis adnumerant, toto fane cœlo aberrant; actio enim in jure accipitur pro jure persequendi in judicio, quod sibi debetur; judicium vero est legitima cause disceptatio, quæ fit apud judicem ex parte actoris & rei litis finienda gratia. JACOBVS CVJACIVS paratitl. in *Cod. de judic.* Actio itaque prout ex definitione inferre licebit, supponit actorem & reum. Primario itaque actiones hoc habent, semper ut reus adsit, a quo res legitime petatur vel vindicetur. Jam vero in dicto remedio non semper adest, qui mittendo in possessionem heredi contradicat. Itaque, si vel hunc appellare reum placeret; secundario tamen & per accidens remedium hoc tantum haberet, ut reus adesset. Tantum vero abest, ut hic Rei nomen mereatur, quippe quem remedium non nisi per consequentiam ob ejus contradictionem tangit; ut potius in jure saltem contradicitor audiat, nec inter Jctos alio veniat nomine. Ubi itaque non est reus, ibi nec est correlatum, seu actor, ac proinde nec actio. Ad actiones igitur nostrum

strum remedium neutquam pertinere, sed meram esse officii judicis implorationem, liquet; ita mecum sentit **GOTHOFREDVS BOENIGKIVS** in *pract. Cap. I. notab. 20. pag. 8.* Eo magis ergo fallunt ac falluntur, qui remedium nostrum condictionibus annumerare non erubescunt; praeter ea enim, quæ dicta sunt, horum opinionem etiam hoc destruit, quod interdictum nostrum æque ac alia perpetuam haud addicant possessionem, sed temporariam saltem, quod ad proprietatem sit judicatum; *L. 1. §. ult. D. de aqua quotid. & aestiva.* quæ vero secus sepe habent in condictionibus. Dari equidem interdicta, quæ proprietatis etiam finiunt caussam, inficias haud iverim, propter *L. 2. ff. §. 2. de interdictis, & L. 1. §. f. ff. de aqua quot. & aest.* Nostrum vero interdictum non nisi possessionis continere caussam, patere cuilibet potest.

§. XIX.

Erant autem jure veteri interdicta jussus Praetorum maxime in caussa possessionis certis concepti formulis. (*) Vetera illa interdicta apud Romanos idem fuisse ac apud nos mandata, persuasum habeo. Praetores enim, ubi ab eis, qui possessionem adjudicari sibi voluere, fuerant implorati, absque omni prorsus cognitione, ne citato quidem altero, statim ad petentis desiderium decernebant. Quam ob rem fuisse etiam interdicta veluti *mandata hodierna vel cum vel sine clausula*, sentit celeb. **AUGVSTINVS LEYSERVVS** *Medit. ad Pand. Specim. 498. pag. 618.* De caeteros subinde factum est, ut ex tali interdicto ordinarium iudicium nasceretur, quia si reus parere recusabat, rem Praetor ad judicem pedaneum alegabat, qui videret,

C 2

recte

rectene reus obsequium denegaret. Hinc, quum parum utilitatis ob ordinariam reorum pervicaciam interdicta habuerint, Imperatores deinde statuerunt, ut brevi facta cause cognitione sententia a judice super possessione lata expectaretur. L. 4. C. de Interdictis. Jure igitur novo interdicta extraordinarie sunt actiones, ad terminandam possessionis vel quasi causam constitutae.

(*) Definiuntur ab Imperatore, per formas ac conceptiones verborum &c. Ast IACOBUS CUIACIUS Op. post. Tom V. ad Tit. de Interd. pag. 1182. eruditus sentit, Jureconsultum ex quo Iustinianus definitionem sumisset, scripsisse: Interdicta esse formulas (non formas) & verborum conceptiones &c. veteres semper fere ulos fuisse verbo formula, haudque raro dixisse: formulam amilia hercifanda, finium regundorum &c. Eandem forte ob causam LAUTERBACHIUS Coll. theor. pr. ad Tit. de Interd. dict. §. 3. nec non ULRICUS HUBERUS Pral. ad Instit. Tit. de Interd. aliquae interdicta definit per formulas ac conceptiones &c. Plura de hisce tradit alleg. ULRICUS HUBERUS cit. loc. §. 1.

§. XX.

In effingendis interdicti etymologiis, ut fieri afferat, JCtis fuere liberrimi. Multos enim fuisse, qui interdicta ab interdicendo i. e. prohibendo, denominata, eamque ob causam prohibitoria tantum proprie ita vocanda esse judicarent, jam est tritissimum. Nec dupondium quidem fugier, Imperatorem Instit. Tit. de Interdictis §. 1. ea ita vocari, quia inter duos dicentur, centuisse. Sed remota nimis est hæc derivatio. Nec enim hoc interdictis est proprium, ut inter duos dicantur, ac præterea inter plures, quam duos dici, rarum non est. Magis iraque arridere videtur JCtis eorum sententia, interdictorum qui denominati-

nominationem derivant ex eo , quod *interim quasi dicantur*, atque interim duntaxat valeant, quoad de proprietate sit judicatum. Hispanos etiam, qui praeter linguæ similitudinem multa ex jure Romano retinuere, interdictum, *Entreteno* i.e. interim dictum, vocare, certum est.

§. XXI.

Multiplex autem vocabuli Interdicti occurrit significatio. Sumitur enim in genere pro mandato vel decreto in *L. 1. ut in flum. publ.* Notat etiam quamlibet superioris prohibitionem , qualis est illa interdicti secundarum nuptiarum , de quo egit D A V. M E V I V S Part. VII. Decif. 359. Huic significatu respondeat locutio : *aqua & igni interdicere*; hoc enim non aliud est, ac prohibere , ne quis re communi absolute tali utatur & sic ab hominum commercio excludatur. Porro impropre in jure nostro sumitur hoc vocabulum pro quolibet iussu pretoris, quo sensu non tantum interdicta proprie sic dicta, sed & decreta & edicta comprehendit. LAVTERBACH Coll. Tit. de Interd. §. 2. HENRICVS HAHNIUS ad WESENBEC. ad Lib. XLIII. Tit. 1. de Interdictis. Proprie vero denotat iussum superioris ut plurimum super possessione, vel ob publicam utilitatem aliamve rem, quæ moram ferre nequit, enunciarum. Erant enim apud Romanos alia de religioze, sicuti : *ne quid in loco sacro fiat*, vel, *quod factum est restituatur*: *de mortuo inferendo* vel *sepulcro adificando*; aliae publice utilitatis caussa dabantur, qua ut plurimum fuere de possessione. Quum vero interdicta quam plurima de possessionis controversia darentur, remedia possessoria quasi per excellentiam interdicta vocata sunt.

C 3

Princ.

Princ. Inst. de Interdictis. Denique accipitur hoc verbum pro extraordinaria de possessionis causa actione, uti §. XIX. fuit demonstratum.

§. XXII.

Prouti vero interdicta vel a Praetoribus, vel ab Imperatoribus sunt profecta, sunt vel prætoria §. XIX. descripta, vel Imperatoria. Imperatores enim ad exemplum Praetorum interdicta dedisse, exempla in jure obvia nos edocent. Hujusmodi quippe interdicta ab Imperatoribus prolatæ cerni possunt in L. 3. C. de pignoribus, a Lucio Septimio Severo Imperatore Ao. CCVI. lata: in lege nostra 3. de edito D. Hadr. toll. nec non in L. 5. 6. 7. 8. penult. & ult. Cod. unde vi, qua potissimum data contra invasores rerum immobilium ad earundem possessionem vel aestimationem restituendam; item in L. 1. Cod. si per vim: L. ult. Cod. de Praet. pign. L. ult. Cod. de acquirenda possessione. L. 14. Cod. de agricol. & cens. & quæ sunt reliqua.

§. XXIII.

Quumque porro interdicta in jure nostro in tres abeant species, fintque vel *adipiscendæ*, vel *retinendæ*, vel *recuperandæ* possessionis; interdictum nostrum ad primam classem esse referandam, non sane est, cur dubitemus. Vid. BARTHOLOMÆVS LEONARDVS SVENDENDÖRFFERVS de *actionibus success. feud.* Cap. X. Art. I. §. 1. Adipiscendæ vero possessionis interdicta eis dari, qui, præ omnibus aliis res derinendi, jus habent, earundem vero possessionem nondum adepti sunt, notissimi juris est. Attamen haud omnino negandum, interdictum nostrum etiam aliquando heredi,

redi, qui jam est in possessione, concedi ad id, ut in ea a judice confirmetur, prouti nos docet GEORGIVS ADAMVS STRUVIUS *Syntagm. exerc. XLV.* §. 22. CHRISTOPH. PHILIPPVS RICHTERVS *ad nostram L. n. 104. Illustris Jvst. HENNINGIVS BOEHMERVS Consult. & Decis. Tom. II. Part. I. Resp. 649. n. 26.* ubi ita: *Dieweil aber dennoch 1) das Remedium ex L. fin. Cod de edicto D. Hadr. toll. nicht allein pro impetranda immissione in res hereditatis statt findet, sondern solches auch dem possidenti zu gute kommt ad obtinendam suae possessionis confirmationem.* Et hoc a simili confirmatur *ex L. 3. ff. de Carboniaco edicto.* ubi missum ex Carboniano edicto in possessionem praetores student constituerre possessorem, i. e. in possessione confirmare. Ita etiam, uti quidem TIRAVELLVUS *declar. 2 n. 2.* sentit, heres, in quem vi-
gore statuti translata est, seu continuata possessio de-
functi, petere poterit, ut in ea confirmetur. Hæc
vero dicta locum non habere, quum heres sit in pos-
sessione vitiosa, res ipsa loquitur. Spoliatorem e-
nim in possessione sua vi acquisita Princeps, quum
violentiae vitium tollere nequeat, nec confirmare
poterit. Retinendæ itaque possessionis interdictum
erit per accidens.

§. XXIV.

Adipiscitur vero heres in testamento scriptus ea-
rum rerum possessionem, quas testatoris fuisse mortis
suæ tempore, constat, veluti hoc L. ipsa declarat ver-
bis: *mittatur quidem in possessionem eorum verum, que*
testatoris mortis tempore fuerunt; & LAVTERBACH Coll.
Lib. XLIII. T. 2. §. 19. Quæ fane est caussa, cur
judex, qui pronunciat, heredem scriptum mittendum
esse in possessionem, possessorem, qui restituere bona
debet,

debet, ad eorum quidem fructuum restitutionem, quos ante, non vero eorum, quos post mortem testatoris possessio percepit, condemnare possit, quum hi non fuerint mortis tempore testatoris. In earum vero rerum, quas alius possidet justo munitus tirullo, quem instrumento vel testibus probat, possessionem ante non mitti, quam hereditatis petitione vel rei vindicatione super hisce instituta victor extiterit, putat JACOBVS CVJACIVS in Cod. ad Tit. de edit. D. Hadri. toll. pag. 823. Mittitur etiam heres in bona, quae testaror vel civiliter vel naturaliter tantum possedit; Stat enim pro possessore presumtio, res ad eum pertinere, L. 2. Cod. de probationibus; sufficere inde credunt testatorem res, de quarum possessione movetur quaestio, detinuisse, utpote, si res quedam sint depositae, vel commodaiae, ut videre est apud HERMANNVM VVLTJVVM Confil. Marpurg. Vol. II. Conf. 19. n. 38. pag. 66. & JACOBVM MENOCHIVM adip. poss. rem IV. n. 368. qui adserere non dubitat, remedium nostrum dari etiam pro detentione bonorum, quorum testator usumfructum tantummodo percepit, ut, si tempore mortis adhuc usumfructum habuisset, heres debeat mitti ex L. nostra in eorum possessionem propterea, quod, licet ususfructus cum ipsa ususfructuarii morte finiretur, adeoque cum ipsa proprietate consolidareretur, sola tamen detentio, quum pro possessione habeatur, efficeret, ut heres in ususfructuariae rei mitteretur possessionem. Hujusc sententiae fundamentum in eo queritur, quod exceptio, rem ususfructuariam esse, altiore remquirat indaginem, ac proinde in nostro attendi remedio non debeat.

§. XXV.

(25) 26

§. XXV.

In hac autem heredis in possessionem immisione,
quum celeritatem desideret *L. ult. ff. de appell.*
recip. decernenda judex secundum solam testamen-
ti apparentiam tenerur pronunciare, non attendendo
altioris indaginis exceptiones. Quare notanda venit
inserta *L. nostra* clausula, quod is faltem mittatur,
qui testamentum ex nulla sue formae parte vitiatum,
sed quod in prima figura sine omni vituperatione
apparet, produceret. Primam vero testamenti figu-
ram sine omni vituperatione existentem, nihil aliud
esse existimo, quam seriem atque complexum eorum,
quaे circa testamenta observari debent, primoque
statim intuitu possunt ex ejusdem scriptura cognosci.
Quæ vero ex ipsa scriptura cognoscimus, ipso visu
percipiuntur. Quare ex recepto a JCTis loquendi
more id, quod visu testamento deesse observatur,
vitium audit visibile, quod alii quoque vocant sensi-
bile, ut *HENRICUS ZOESIUS Comm. ad Dig. Lib.*
XLIII. Tit. 2. n. 5. Pro vitio igitur visibili habe-
tur illud, quod in oculos statim incurrit, solaque
testamenti inspectione cognoscitur. Quale haud
immerito esse arbitror imperfectum testium nume-
rum, scripturam deletam, rasam, cancellatam &c.
Prono hinc fluit alveo, vitium, quod judex non im-
mediate visu, sed mediante intellectu, altiorique depre-
hendit indagine, quale est, si testamentum fit inofficio-
sum, falsum, irritum, vel si testator non habuerit
testamenti factionem, hoc nomine venire posse regu-
lariter neutquam. Interdum vero & vitium alias invisi-
le, e. g. liberorum præteritionem, reddi visibile, ac
proinde missionem impedire, si ex ipso testamento
D doceri

doceri hoc possit , veluti , si in loco quodam testamenti filii sui præteriti mentionem testator fecerit , inter alios docet BENEDICTUS CARPOVIUS Lib. VI. Rep. 19. n. 19. & TIBERIUS DECIANUS Vol. IV. Rep. 17. n. 19. quem casum minus distincte , quantum ego quidem video , affert JO. BRUNNEMANNUS ad b. L. n. 16.

§. XXVI.

Cave vero existimes , quamcunque plane ratiōnem vel correctionem in scriptura commissam ad impediendam heredis immissionem sufficere , quum ea demum , quæ in loco testamenti suspecto v. g. heredis institutione , testiumque subscriptione occurrit , attendenda videatur , arg. L. 42. Cod. de transact. & L. 12. Cod. de testamentis . & ulterius hoc testatur JO. BRUNNEMANNUS Comm. in Cod. Lib. VI. Tit. 33. n. 6. HENRICUS nobilis Dominus DE BERGER Oecon. Jur. Lib. II. Tit. 4. §. 53. pag. 502. Sunt tamen , qui quodcunque vitium , rationem , vel correctionem heredi nocere arbitrantur , ea ducti ratione , quod Lex nostra universaliter loquatur verbis : neque ex quacunque sue forme parte vitiatum . , nec non , quod textus testamentum flagitet : quod prima figura caret omni vituperatione . Sed proprio hi conficiuntur gladio . Quum euim dicant constitutionem nostram requirere testamentum ex nulla sue formæ parte vitiatum , forma vero det esse rei ; eo ipso elucescit , legem ad ea saltem vitia , quæ ipsam formam , i. e. substantialia afficiunt , respexisse , verbisque : formæ sue parte , iis , quæ generalius dicta fuere , addidisse restrictionem , ita ut vitium visibile , veluti cancellatio , vel rasio in loco tantum testamenti substanciali ,

tiali ac suspecto, qui formae partem constituit, conspicuum, a L. nostrae beneficio scriptum heredem queat excludere. Nec etiam, correctionem suspecto in loco factam quod attinet, similitudo literarum heredi prodest; Afferunt exceptions: nisi id, in quo facta est a notario mutatio, intelligi queat ex praecedentibus vel sequentibus, quae est sententia HENRICI nobilis *Dn. de BERGER Oecon. Jur. II. Tit. 4.* §. 53. & JOANNIS BRUNNEMANNI in *Cod. b. L. n. 7.* aut, qui testamentum scriptis, notarius erroris ipse fecerit in testamento mentionem; vid. VIGLIUS ZURICHENMUS in *Prælect. p. 235.* quæ ultima tolerari potest. Tunc enim præsumitur notarius sese statim in ipso scribendi actu correxisse. Quo circa, quum hic omnia judicentur a notario gesta, correctio ab illo rite facta pro nullo habetur vitio.

§. XXVII.

Vitio vero visibili quoque laborare posse testamentum judiciale, non dubito. Sed an sit vitium, maxime, quando protocollum, quod super testamento conscriptum est, nec essentia testamenti, nec verba sat clara contineat? illustri AUGUSTINO LEYSERO *Medit. ad ff. Specim. D. pag. 644.* dicenti consentimus; *Quantacunque enim, ait, sit judicii fides, ac integritatis & solemnitatis pro eo praefuntio, fides tamen hec & praefuntio cedit veritati, maxime, si hec in oculos incurvat.* Protocollum enim non est ipsum testamentum; hinc testamentum apud acta repertum judicialia dissolucion plus valere videtur, quam ipsum protocollum.

§. XXVIII.

Hic quoque monendum est, quod, ubi ex judiciali

ciali testamento immisso rite decerni debeat, haud sufficiat, testamentum adesse, quod extrinsecus vitium visibile non habet; sed praeter hoc etiam probationem heredi incumbere, testamentum judicialiter esse confectum ac legitime insinuatum. Quemadmodum enim voluit Justinianus, testamentum legitimo testium vallatum esse numero, ita sane insinuatio in judiciali testamento defectum testium supplet, & earundem loco adhibetur, quia, quod in privato testium praesentia efficit, id ipsum efficit in judiciali autoritas judicialis ac legitima insinuatio *L. 19. Cod. de testamentis & L. 27. C. de testam. verb. & hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta manifestaverit.* Unde sequitur, ut haec insinuatio ad formam testamenti judicialis substantiam requiratur, ac proinde nondum demonstrata judiciali insinuatione missio locus sit minime. Ita quoque censet *BENEDICTUS CARPZOVIVS Lib. VI. Resp. 19. n. 13-15.*

§. XXIX.

Ex eo vero, quod missionem ex eo saltim testamento, quod prima fronte omnibus numeris est expletum atque perfectum, concedi fuerit assertum, ne forte colligas velim, e testamento inter liberos, quum sit imperfectum, haud procedere missionem. Lex enim tale testamento pro perfecto habet & fine virtutem; *JO. BRUNNEMANNUS ad b. L. n. 8.* Contrarium iraque minus accurate defendit *VIGLIUS ZUYCHEMUS praelect. p. 238. n. 31.* alias nempe ratio totius nostrae legis videretur in solemnni fundata testamento. Quomodo autem legum favor, qui testamento inter liberos solemnitates remisit, in praecipisci-

judicium trahi queat, non video; quod enim in ejus favorem dispositum, non debet ad ejusdem præjudicium vergere. Adeo, nec ex divisione paterna utile L. nostræ remedium denegandum videtur; omnem enim patris dispositionem vim habere testamenti perfecti & ex ea dari nostrum remedium docet CHRISTOPH. PHILIPPUS RICHTERUS *ad b. L.*
n. 161.

§. XXX.

E testamento igitur ita comparato, visibili virio ut laboret nullo, Lex nostra vult, ut missio decernatur. Olim quidem, prouti §. VI. dictum, heres immisionem in bona flagitans unius anni præscriptione repellebatur. Ex nostra vero Justiniani constitutione heredem etiam post annum admitti certum est, adeo, ut ne quidem longi temporis præscriptio heredem possessionem flagitantem valeat impedire. Eo enim usque remedii nostri palarium heredi patet, donec ipsa de hereditate quæstio finiatur. Cum vero principalis illa de hereditate quæstio XXX. annorum præscriptione finiatur, non potest non inde inferri, perimi quoque eodem temporis intervallo jus petendæ missionis in possessionem. Simili ratione, si quis alius rei cujusdam hereditariae, vel etiam plurium dominium usucacione acquisiverit, eo ipso, quod ad hasce res usucaptas, finiri jus missionis necesse est, quippe quia principalis illa quæstio dominii, cuius intuitu decernitur interim possessio, usucacionis exceptione terminatur; id quod declarare videtur illud Gallorum tritum: *Qui n'a point de droit au principal, n'en a point aux dependances;* & hoc ipsum in-

digitat L. nostra in fine verbis: *nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super dominio præstare, vel ipsi, qui missus est, omnem intentionem excludere.*

§. XXXI.

In eo itaque interdictum nostrum imitari videamus hereditatis petitionem, quod idem temporis spatium ac in hereditatis petitione ad excludendum heredem requiratur, quemadmodum & in eo ambo convenient, quod generalia sint judicia. Quanta vero dictum remedium hereditatis petitionem præcellat utilitate, erit sane, qui non perficiet, nemo. Icti ad unum omnes iisque in praxi versatissimi regulam atque cautelam fovent, quod cui de re aliquis certandum foret dominio, prudenter agat, ut præprimis videat, an interdicto quodam ejus rei, cuius dominium sibi competere pureret, possessionem queat adipisci, eum quidem in finem, ut alius, qui rem putet jure sibi competere, ad petitorium remittatur, quippe cum hoc ipso probationis in eum onus devolveretur. Et sane juris remedia, quibus rerum possessionem brevissima procedendi via ingredimur, petitoris, uti vocantur, judiciis per tot probationum ambages instiuentis innumeris disceptationum anfractibus deviis præstare, nullis plane indiget argumentis. Eadem itaque ratione nostrum interdictum, quo bonorum a testatore relictorum possessionem superhabita omni processus difficultate nanciscimur, hereditatis petitioni longe esse præferendum, clara res est; vid. HERMANNUS VULTEJUS de jurisd. & foro compet. Tit. XX. §. 7. pag. 359. In hac

hac enim quot desiderantur solemnia? quot aetorem urgent fatalia? quot premunt probationes? quot denique disceptationes remorantur? Hisce nostrum carer interdictum, quum implorasse tantummodo judicem, ut vi testamenti oblati scriptum in illo heredem mittat in possessionem, sufficiat. Quantumvis enim hoc ipso remedio non omnes plane lites praecludantur, & ipsa principalis caussa hereditatis hocce raro sopiaitur; optime tamen heredi conductet, bonorum statim frui possessione, alterum ad agendum remitti, seque gravissima probationis mole liberari, §. 4. *Inst. de Interdictis.* STRYCKIUS de eo, quod iuslum est circa idenditatem Cap. 6. §. 1. MEVIUS Part. VIII. Dec. 137. n. 3. §. 4. Plus enim juris habet possessor in retinendo, quam auctor in agendo; quin, potior est caussa possidentis, & in dubio pro possessore judicatur. CHRIST. PHILIPPUS RICHTERUS, P. I. Decis. 1. n. 3.

§. XXXII.

Singularem præterea remedii nostri utilitatem, quis est, qui non cognoscat ex eo, quod nullæ plane exceptions, quæ altiorem ullo modo cognitionem respiciunt, admittantur? Hanc enim ob causam haud immerito rejicitur in hoc remedio exceptio, testatorem aetivam non habuisse testamenti factiōnem, vid. JACOBUS MENOCHIUS *adipisc. poss. rem.* IV. n. 745. si scilicet esset altioris indaginis; nam si ex ipso testamento appareret, Pupillum, Excommunicatum, Apostamatam & similes Testamentum condidisse, Judex non posset hanc missionem decernere. Simili modo nec locum invenit exceptio, penes institu-

stitutum non esse testamenti factionem passivam, nisi notoria sit aut in continentि probari queat, nec attenditur exceptio defectus dominii, utpote quae foret de jure tertii.

§. XXXIII.

Pinguissimum tamen hocce remedium, licet heredibus quam maxime faveat, ad omnes tamen heredes extendi nequit. Hoc enim gaudere saltim heredes in testamento scriptos, clara L. nostrae verba imperant. Scriptos vero heredes illos esse, quorum nomina in testamento distincte legi possunt, quibusve simul vel tota hereditas, vel ejusdem pars assignata conspicitur, crederem sane dubitare neminem. Nihil itaque referre puto, si aliquis exesse vel ex parte institutus. CHRIST. PHILIPP. RICHTERUS *Interpr. b. L. n. 41.* sit aliquis primo, an secundo loco scriptus, *L. i. Cod. de edito D. Hadri. toll.* vel sit aliquis directo scriptus, an per fideicommissum, GEORGIUS ADAMUS STRUVIUS *Syntagn. Execr. XLV. Th. 20.* quum æque horum nomina cum assignata hereditate legi queant, cernique, idemque herendum in testamento scriptorum nomine videntur.

§. XXXIV.

Variæ autem circa hanc rem decidenda occurunt quæstiones, qualis est, an haec nostra Constitutio heredi heredis scripti prodeesse queat? Haud equidem desunt, qui hoc pernegant, ea ducti ratione, quod L. nostra hoc beneficium non nisi illis indulget, quorum in testamento nomina deprehenduntur,

duntur, & quia hoc in heredum scriptorum hereditibus non continget, ad eos quoque Legis favorem extendi nolunt. Verum enim vero, quum heredis heres non possit non dici heres ipsius testatoris, per L. ult. Cod. de Hered. inst. veluti sentit NICOLAUS NOALIS de Transmissione Cas. 39. n. 2. & TIBERIVS DECIANVS Vol. 2. Rep. 26. n. 54. Vol. III. Rep. 100. n. 15. & Rep. 98. n. 7. & constitutio nostra tribuat hoc remedium testatoris heredi, sequitur, hoc & illius heredi competere. Heredis enim appellatio non ad proximum soluimodo heredem, sed & ad ulteriores refertur, ita, ut heredis heres heridis appellatione contineatur, quod evidentissime probatur ex L. 65. de V. S. Habet igitur Legis nostrae beneficium heredis, modo demonstrer, transmissam esse rite hereditatem. VIGLIUS ZVICHEMVS Praelect. pag. 229. CHRIST. PHILIPPVS RICHTERVS ad b. L. n. 60. 61. Haec sententia confirmatur argum. L. fin. Cod. de Hered. inst. L. 194. de R. I. L. 7. in fine de acquir. l. omissitt. hered. L. 3. ff. de hered. pet. L. 70. & 170. de V. S. Aliter vero rem habere ajunt, si quando primus heres possessionem fuerit adeptus, eamque amiserit; tunc enim ejus heredi, quum predictum remedium non ex sua, sed primi heredis habeat persona, quæ amissa possessione, adipiscendæ possessionis remedio uti nequit, succurri neutiquam prætendent. Hoc tamen ita absolute & sine distinctione asserere non audeo.

§. XXXV.

Res eo redit, ut non tantum hoc favore fruantur, qui verbaliter in testamento sunt scripti, sed etiam, qui virtualiter in illo continentur, quod accidit
E

cidit in heredis scripti herede, cuius jura §. *præced.*
consideravimus, nec non eo casu, ubi filius familiæ
heres est institutus; tunc enim pater virtualiter in te-
ftamento scriptus est; quia filius suo modo patri ac-
quirit, propterea eaque ejusdem gerere imaginem dicitur.
Quare & patrem in bonis filio relictis remedi-
um habere nostrum nullus dubito. Aliud itaque
merito dicendum foret, ubi filius in totum sibi ac-
quirit, ac pro patre familiæ habetur, quod evenit
in bonis, quæ castrœnum vel quasi castrœnum no-
mine relinquuntur, vel quando filius est emancipatus.

§. XXXVI.

Attingere porro expediet quæstionem; num
concedatur hoc remedium illi, qui scriptus quidem,
sed ad tempus est institutus heres? Hic affirmando
respondendum esse mihi dubium non est. Jam enim
temporis adjectionem non attendi, perindeque esse,
ac si pure esset heres institutus, fluit ex vulgari juris
regula, quod nemo decedere queat pro parte testa-
tus & pro parte intestatus, & ex L. 9. *Instit. de hered.*
instit. Et fingamus, hanc regulam non esse; nihil
tamen feci heres ad tempus institutus optimo jure
foret admittendus, quippe qui ante illud tempus
præterlapsum vere heres est, hujusmodi imme-
rito gaudere juribus debet.

§. XXXVII.

Iis etiam, qui in legitima sunt instituti, quum
honorabili heredum nomine veniant, L. nostræ re-
medium esse tribwendum, facillime patet, eorumque
agit

agit caussam decisio M CCC XXXV. quæ extat in
NICOLAI CHRISTOPHORI DE LYNCKER decisi. Cent.
14. pag. 331.

§. XXXVIII.

Quid, si infans vel furiosus, qui animo nequit
acquirere possessionem, sit heres in testamento scriptus?
An & hisce remedium L. nostræ impertiendum? Sane,
si de ipso possidendi jure disceptetur, non est, cur hoc
iis denegemus, quum pro iis ipsa testamenti scriptura
militet. De immisionis vero petitione possessionis
actualis acquisitione si queramus, non possunt non cen-
seri inhabiles. Vid. JOANNES BORCHOLDEN de ac-
quirenda vel omittenda possessione Cap. III. n. 7. Tutorum
vero loco infants & curatorem loco furiosi mittendum
esse per L. 1. §. 3. ff. de acquirenda vel amitt. possess.
eo magis est rationi consentaneum, quo magis etiam
curatores absentium bonis dari ex hoc beneficio sunt
admittendi, ut constat ex celeberr. VLRICI HVBERI
prælect. Lib. XLI. Tit. 2. §. 4.

§. XXXIX.

Itidem queritur: si quando sint instituti in uni-
versum pauperes, dato simul executore testamenti, an et-
iam mittendus sit executor? Videretur equidem, exe-
cutorem, quum non sit heres in testamento scriptus,
in bona defuncti mittendum non esse. Quodsi vero
testatoris eo, uti convenit, modo est spectanda voluntas,
atque ita semper explicanda, ut, dispositionem suam
effectui atque executioni, quo possit meliori modo,
dari voluerit; non ambigendum, testamenti execu-
torem

torem ex ipsa testatoris voluntate heredis sustinere vi-
ces ac proinde pauperum in testamento scriptorum
loco acquirere teneri possessionem , uti mecum sen-
tit J o. BRVNNEMANVS Comm. in Cod. Lib. VI. Tit.
33. n. 4.

§. XL.

Ceterum nec præterire fas est utilissimam in fo-
ro quæstionem : *an scriptus in testamento heres, si filius
ad sit, in possessionem sit mittendus, ita, ut filius huic
cedere teneatur?* Contrarium equidem viderit innue-
re L. 8. ff. de except. doli, ubi dicitur dolo facere , qui
petit id , quod mox est restituturus . Tantum vero
abest , ut exceptio doli in possessorio , nisi certis qui-
busdam calibus attendatur ; ut potius hæc lex de pe-
titorio , non vero de possessorio sit intelligenda . Af-
firmans iraque firmo stat pede sententia suffulta , L. 2.
Cod. de editio D. Hadr. toll. & ex eo , quod in dubio
testamento favendum sit etiam ad exclusionem filio-
rum , uti existimat *TIBERIVS DECIANVS Vol. I.*
Resp. 35. n. 1.

§. XLI.

Nullius vero momenti est quæstio : An & femi-
næ Remedio nostro juventur ? Licet enim in L. nostra
fērmo saltem videatur esse de genere masculino ; he-
redis tamen appellatio etiam ad feminas sese exten-
dit L. 170. ff. de V. S. *TIBERIVS DECIANVS Volum.*
II. Resp. 58. n. 2. Imo nomine filiorum quoque ve-
nire filias docet *IDEM Vol. V. resp. 31. n. 3.* Verbo ,
genus masculinum complectitur etiam fœmininum ,
L. I. & 195. de V. S. Id quod , quum etiam in
pœ-

pœnaliis & odiosis obtineat per L. 7. §. 1. ff. de juri
risd. nonne hoc multo magis affirmandum in favo-
rabilibus?

§. XLII.

Legis nostræ beneficium testamento tanquam
fundamento niti, ex supra dictis constare potest.
Quodsi vero & codicilli ex larga significazione testa-
menta dicuntur, quo fundamento & BALDV ad b.
L. uritur, nec etiam in nostra constitutione ad testa-
menta stricte sic dicta sit expresse restrictum hujusce
beneficium, pro singulari, qui huic ineſt, favore ex
benigna Doctorum interpretatione ad codicillos ex-
tenditur, ita, ut, quibus relicta est in codicillis here-
ditas vel ejus pars, remedio nostra L. utili experiri
non prohibeantur, BENEDICTVS CARPOVIVS
Part. III. Conf. V. def. 18. n. 3. Heredem quidem
in codicillis institui haud posse facillime largior; at vero
ita heredis in iisdem facta denominatio suo erit modo
interpretanda, ut fideicommissi vires illi non derahan-
tur, L. 76. ad SCUM Trebell. Fideicommissarii
autem nostrum prodeſſe remedium docere conabor
infra. Præterea, pro illis, qui scripti sunt in co-
dicillis, militat, quod æque atque in testamento scri-
pri, scripturam, qua se ad hereditatem vocatos esse
ostendant, producere, suaque petitionis in ea fun-
dere queant argumentum. Accedit & illud, quod
codicilli, si fiant in testamento, pars testamenti cen-
ſeantur L. 16. ff. de jure codicill. eamque ob causam
heredes in hisce scripti tales, qui sunt in testamento
scripti, jure censentur optimo. Nec obſtar L. 7.
C. de Codic. quamvis enim non idem sint ac testamen-
ta codicilli; quoad effectum tamen probationis ex ipſa

statim scriptura patescentis non differunt, quum adducta L. saltem differentiam respiciat inter codicilos ac testamenta quoad eorum substantiam; CHRIST. PHIL. RICHTERVS in *L. nostram n.* 153. Multo itaque levior est illa objectio, quod, quia codicilli accedente minori testium numero conderentur, ex iisdem L. nostrae remedium concedi non debeat. Filiis enim in testamento duorum tantummodo testium numero corroborato institutis concedi jam nemo dubitat; An & ex testamento nuncupativo, quod paucioribus, quam scriptum, solemnibus conditur, detur hoc remedium, infra deducam.

§. XLIII.

Codicillos autem ab intestato factos quod attinerent, sunt, qui cum RAYNERIO & SALICETO fideicommissario in iisdem scripto remedium nostrum tribendum esse negant ac pernegan, subtili nimis ratione ducti, quod, uti nemo plus juris in alterum transferre queat, quam ipse habeat, ita nec ii, qui venirent ab intestato, possint L. nostrae remedium, quippe quod ipsi non haberent, in fideicommissarium, cui restituere hereditatem debent, transferre. Sed facili sane negotio nodus iste Gordius solvitur. Jam enim evicta res est, fideicommissarium, quae consequitur, Legi magis debere, quam fiduciario, arg. *L. 4. & 5. ad SCt. Trebell.* Haud enim amplius, uti quidem veteri jure obtinuit, in libera ejus potestate est possum, velitne fideicommissario hereditatem restituere nec ne, sed jam legibus cogitur. Et sane consequentia non procedit, quod, quo gaudere nequit veniens ab intestato, nec fideicommissario profit; diversa enim utriusque est ratio: cui & hoc accedit,

cedit , quod jus fideicommissarii , cui in codicillis ab intestato factis est relicta hereditas , fundamento , quo venientes ab intestato sunt destituti , scriptura nimis fulciatur .

§. XLIV.

Quæris : An dictum remedium etiam in mortis cauſa donationibus locum inveniat ? Addubitare videris ex eo , quod legis nostræ verba de scripto in testamento herede loquantur , mortis cauſa donations vero testamenta vocari proprie nequeant . Verum , hoc esse fateor ; at vero , quia nihilominus ultimorum voluntatum jure gaudeant mortis cauſa donations , ut hoc patet ex *L. ult. Cod. de mortis cauſa don.* nostræque constitutionis favor in omnes ultimæ voluntatis dispositiones sese diffundat , si scripturæ documento probari queunt ; *BENEDICTVS CARPZOVIVS Lib. VI. Resp. 20. n. 10.* Remedium nostrum utile mortis cauſa donationibus esse applicandum existimo ; ita mecum sentit *ANGELVS de acquirend. posſeſſ. qu. 11. art. 3. CHRISTOPH. PHIL. RICHTERVS n. 165. pag. 48.* *BENEDICTVS CARPZOVIVS Part. III. Conf. 5. Def. 18. n. 3.* Hanc tamen sententiam tunc saltem veram esse crediderim , quum ipsa mortis cauſa donatio , in scripturam legitimate redacta produci queat , quodsi enim d. remedii forma requirit , ut scriptura , qua jus petentis pateat , judici offeratur , per nosfr. *L.* & ea quæ habet *LAVTERBACHIVS Lib. XLIII. Tit. 2. §. 20.* fieri sane non potest , quin etiam in mortis cauſa donatione scriptura tanquam petitionis fundamentum desideretur .

§. XLV.

§. XLV.

Jam itaque indubitata est regula, heredibus, non
qua talibus, sed quatenus jus succedendi scriptura no-
torie probare queunt, constitutionis nostræ tribuen-
dum esse remedium, uti L. verba : *testamentum offen-
derit*, indicant. Hinc inferre non dubito, heredes
ab intestato venientes, scripturæ quippe documento
haud stipatos, plane a L. nostræ beneficio esse exclu-
dendos. Quodsi enim eum in finem scripturæ do-
cumentum requiritur, ut, qui succedere in bona de-
beat, evidenter & in continentia liquere possit, hoc
vero de illis, qui veniunt ab intestato haud omnino
conset, quum testes forent examinandi, partes audiendæ,
aliaque permulta ob rei certitudinem in ju-
dicio discutienda, nescio, an ulla ratione hisce L.
nostræ remedium faveat. Quantumvis enim, jure
heredis ab intestato & in testamento scripti ad heredi-
datem consequendam in se considerato, utrumque he-
redem recte appellemus, ac fortiora interdum sint
jura heredum ab intestato ; scriptorum tamen here-
dum jura quoad executionem esse pinguiora rationi
nullo adversatur modo, præsertim, quia hisce para-
ta probatio, qua illi sunt destituti, suppetit.

§. XLVI.

Inter veteres equidem Jureconsultos fuere, qui
dictum remedium heredibus ab intestato non denegarunt, ea potissimum ratione moti, quod succeden-
tes ab intestato tacitam & præsumptam testatoris ha-
beant voluntatem per L. 3. § 8. ff. de jure codicill. ac
dispositio nostra de expressa testatoris voluntate con-
cepta

cepta extendi quoque ad tacitam debeat; perhibentes porro, jura propter singularem causam cuiusdam favorem a communibus juris regulis recedentia in causis eodem favore gaudentibus propter identitatis rationem locum invenire, propterea que, quum idem versaretur in tacitis, quam expressis ultimis voluntatibus executioni dandis favor, nostrum remedium non minus illis, qui tacitam, quam qui expressam habent testatoris voluntatem, succurere. Sed quam fulnea haec sint argumenta, optimus quisque perspiciet. Argumentatio enim ab expressa testatoris voluntate ad tacitam non procedit, ac fieret sane a diverso ad diversum; nec *L. nostra* expressam expresse flagitans voluntatem, ad tacitam, quippe illius oppositum, trahi ullo potest modo, quid? quod eo ipso *L.* tacitam videtur excludere & hoc probatur *arg. L. 14. & 16. de LL.* Tantum præterea abest, ut par sit ratio ejus, qui notorie per scripturam se esse heredem probare potest, & ejus, qui eandem pro se allegare nequit; sed probatione alia, sibi delatam esse hereditatem, opus habet; ut potius *L. nostram* iis tantum favere constet, quorum jus ex ipsa statim scriptura liquet. Quare ne filio quidem ab intestato venienti nostrum dari remedium, licet judici certo certius constet, filium esse & patris ad eum spectare hereditatem, multi credunt. *CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTERVS ad noſtr. L. n. 109. LATVERBACHIVS Coll. Lib. XLIII. Tit. 2. §. 17.*

§. XLVII.

*Ad eandem eorum classem, qui *L. nostra* destituuntur auxilio, post venientes ab intestato haud injuste referuntur illi, qui testamento nuncupativo hereditatis*

F

des

des facti sunt , nec scriptura desuper legitime confecta illud probare queunt , siquidem requisito destituti , quod ad juris eorum notorietatem Lex flagitat . Melior itaque circa remedii nostri comoda est eorum conditio , quibus instrumentum a notario confectum de testamento rite a testatore nuncupato suppetit , eos enim ex L. fin. Cod. de edit. Div. Hadr. toll. in defuncti bona mittendos esse uno fere DD. ore affirmant (*) & patet ex NICOLAI CHRISTOPHORI DE LYNCKER decis. 1258 . Eequid enim Lex dicta desiderat amplius , quam ut testamentum non abolitum nec cancellatum judici offeratur ? quod in testamenti nuncupativi inscripturam redacti oblatione contingere vides . Et enim nihil obest , quin testamenta nuncupativa vere & proprie testamentaria dicamus , quia sub relata in L. i. qui test. facere poss. definitione continentur . Eorum igitur instrumenta , qui producent , vere testamenta offerre , eaque ratione mittendos esse , nullum superest dubium . Et sane , quod si testamento parentum inter liberos , quod tam privatum est , quam minori accedente solemnitate conditur , missiois effectum tribuimus ; nonne multo magis scriptura publica , quae de testamento nuncupato publice fidem facit , majorique solemnitate quippe testium attestacionibus est munita , eundem effectum sortierit ? Idem sentit BENEDICTVS CARPOVIVS Lib. VI. Resp. 20. n. 2. - 4. & Illust. JVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS Consult. Tom. II. Part. I. Resp. 649. n. 28.

(*) Dissentient VIGLIUS ZUICHEMUS praet. ad lib. 21 pag. 238 in ea se fundans ratione quod Legis nostra textus expresse monstrat heredem scriptum , salis vero non dicatur heres in testamento nuncupativo; ut & HENRICUS ZOESIUS Comm. ad ff. lib. XLIII. Tit. 2. n. 8

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Movetur autem a DD. quæstio : an adversarii confessio de testamento nuncupato scripturæ habeat vires & missionem operetur ? Permulti sunt, qui hoc mea quidem sententia non absque fundamento affirmant. Adversarii enim confessio legitime facta non potest non instrumento equiparari, prout hoc indicat L. 2. Cod. de transact. imo omnibus plane probationibus verior est atque potentior , quod patet ex L. ult. Cod. de fideicommiss. & L. 13. C. de non numer. pecun. & quod omnium dicit familiam , confessio rem facere notoriam dicitur.

§. XLIX.

Objecatum vero, cuius intuitu constitutio nostra sancita est, versatur in rerum a defuncto reliquarum possessione, quam perit, qui ab illo est institutus. Instituuntur autem heredes vel in universa hereditate, vel in ejusdem parte. De illis, si L. nostræ utuntur remedio, dubium non est, quin in omnia & universa defuncti bona immittantur, ita, ut nihil intersit, res mobiles sint, an immobiles, corporales an incorporeas. BOGER cl. 5. D. 23. n. 57. Quare petentem in nomina quoque esse mittendum sana ratio suadet. Si quando vero metuendum esset, in hæc nomina missum magnam eorum partem esse distracturum, iisque, ad quos in petitorio forte est per ventura hereditas, evacuatam nominibus hereditatem reliqueram, judicis est, missio injungere, ne pendente lite nomina exigat, & si hoc necessitas flagiter, exacta in judicio deponat. Confirmat hoc senten-

F 2 tia

ria in curia, quæ Jenæ est, provinciali lata: *Dafß Be-
klagens Principalin biß zu Austrag der Sache diejenige
Capitalien, so sie eintreiben wird, und zwar deren ein
jedes bey Verlust derselben, entweder bey diesem Gerich-
te hinterlegen, biß sie beglaubte Anzeige und Versiche-
rung gethan, dafß sie solches in denen hiesigen Landen
hinwiederum sicher unerzubringen vermægend, oder
deshalb verhängliche Caution bestelle.* Würde hier-
nächst Kläger beybringen, daß ermeldten Beklagens
Principalin bereits einige zu der streitigen Erbschafft
gehörige Capitalien mircklich erbogen, und solche gar
außer Lazdes gebracht, so ergehet auch diesfalls ferner
was recht ist. V. R. W. Eadem ratione propter in-
certum subsequentis ipsius peritorii tanquam judicij
principalis eventum conficiendum est rerum, in qua-
rum possessionem heres missus est, inventarium, vel-
uti existimat cel. *ULRICVS HVBERVS prælect. ad
Pand. Lib. XLIII. Tit. 2.*

§. L.

*Qui non sunt ex alio heredes, instituti sunt vel
in parte juris; vel rebus quibusdam hereditariis,
quam institutionem vocant: in certa re. Quod ad
hanc, haud injuste dubitant, an ira instituto L. nostræ
remedium competit, propterea, quod in re certa in-
stitutus proprie heres non sit, sed pro legatario ha-
beatur, L. 13. Cod. de hered. instit. ubi tamen supponere
videntur casum, quod heredi certæ rei coheres
universaliter, sive ex certa juris parte, sive simpliciter
fine parte datus sit, qui simul hereditatem adierit; etenim,
si heres certæ rei coherede careret, vel coheres quidem
universalis datus sit, sed qui hereditatem repudiavit,
certæ rei denominatio pro non adjecta habetur & in-
stitutus*

stitutus in re certa haud aliter atque heres universalis consideratur L. 1. §. 4. ff. de hered. instit. Pariter si duo vel plures iisque omnes in rebus certis instituti, hæc certæ rei adjectio pro prælegato habetur, & ita instituti tanquam heredes reliqua inter se bona dividunt. L. 9. §. 13. & 35. pr. ff. de hered. instit. De his igitur, qui vel soli vel cum aliis in certa re tantum institutis certæ cujusdam rei facti sunt heredes, non est, cur disputemus, quem per LL. adductas detracta rei mentione ab heredibus plane non differant. In eo potius quæstionis cardo vertitur, an detur L. nostra beneficium in certa re instituto, cui vel coheres universalis, & qui hereditatem adivit, vel simpli- citer datus est, ubi quippe institutus in certa re ha- betur pro legatario? Et sane, quod si ex ipsius constitutionis textu res est dijudicanda, probe est considerandum, num verba: *vel ex parte institutus*, par- tem bonorum, seu *certam rem*, aut vero hereditatis partem, seu *juris respiciant?* Mea quidem senten- tia constat loqui ea de ipsa quota hereditatis, quia, si verba L. ex antecedentibus explicantur, ex ipso verbo: *ex aſſe*, facillime patet, constitutionem per verba subsequentia: *vel ex parte*, haud certam rem, sed partem juris & ipsius hereditatis intelligere, totamque legem, non de bonis, sed de ipsa hereditate ejusque paribus sub aſſe comprehensis esse accipiendam. Quæ cum ita se habeant, haud viderur statuendum, in certa re instituto remedium dictæ L. directo com- petere, quum ipsa L. verba hoc illi non tribuant. Benigna tamen DD. interpretatione utile hoc reme- dium ei quoque, qui in certa re est institutus, dandum esse censuerunt, præcipue quod hæc nostra constitu- tio ultimis voluntatibus quam maxime faveat & ex- tensionem patiatur, ut & abſonum non sit, certæ par-

ris bonorum dari possessionem *L. 6. pr. ff. de bon. poss.*
 Cui & hoc accedit, quod etiam legatario utile hoc
 remedium non denegetur. LAVTERBACH Coll. Lib.
XLIII. Tit. 2. §. 15.

§. LI.

Sicuti vero mittitur in possessionem, qui in testamento non virtuoso *scriptus est heres*, ac porro heredes vel primo vel secundo, vel etiam adhuc ulteriori ponuntur ordine, i. e. vel instituuntur vel substituuntur; ita nihil interesse videtur in possessorio nostro iudicio, quo quis ordinis scriptus inveniatur, quem & que sit heres in testamento scriptus; Numerus enim primi & secundi non mutat substantiam rei, sed ordinem tantum constituit & heredis appellatione ex sermonis proprietate substitutus venit, *L. 65. de V. S.* ac heredum appellatio omnes omnino successores comprehendit; TIBERIVS DECIANVS *Volum. I. Resp. 32. n. 3.* Quin substitutus quoque vocatur heres institutus, *pr. Inst. de vulg. Subst.* Apprime vero notandum est; tunc demum ex sua substitutione remedio nostro mittendum esse, ubi substitutionis causa, sit vel in vulgari vel in pupillari, extitisse, docuerit.

§. LII.

Enimvero, si de possessione certet institutus ac substitutus, ille merito huic præferatur, necesse est. Institutionis enim ordo, quem testator servari voluit, eam saltem differentiam inter eos constituit, ut, qui priores sint in institutione ac testatoris intentione, priores quoque debeant esse in successione. Et hic ordo

do servandus erit in immisso ex constitutionis nostræ remedio, quod in concursu heredum diverso gradu scriptorum, datur illi, qui alterum, quod ad institutionis prærogativam, præcedit. *L. i. Cod. de edit. Diu. Hadr toll.* Dantur equidem in jure nostro casus, quibus contra testamenti ordinem institutionisque feriem substitutus instituto præferrur, veluti in casu *L. 57. ff. de hered. inst.* Ita quoque fieri potest, ut substitutus ante substitutionis casum in partem hereditatis succedere possit, ut videre licet in §. ult. *Inst. de vulg. subft.* De hoc vero, quam prævia tantum altiori cognitione constare queat, mislio vero celeritatem desideret, dilata in ulteriorem disceptationem quæstione principali, magis expediet, institutum mitti in possessionem, quam substitutum, usque dum de utriusque jure satius liquere possit.

§. LIII.

Quodsi vero substitutionis casus extiterit, quod ad consequendum hoc remedium, perinde esse crediderim, que demum substitutio intelligatur, sive hæc sit pupillaris sive vulgaris expressa, sive etiam utraque tacita. Tacitam substitutionem quod attrinet, videor mihi audire objicientes: tacitam substitutionem, quem legi non possit, haud quoque dici posse scriptam, & substitutum proinde non scriptum ex L. remedio mitendum non esse. Respondeo: Scriptum etiam dicitur illud, quod vigore scripti apprehenditur, legique videtur id, quod ex vi & potestate verborum expressorum sana consequentia ducitur. Quid? quod præterea substitutus, cuius nomen in testamento cernitur, quo ad tacitam substitutionem ipsa legis dispositione pro scripto habetur.

§. LIV.

§. LIV.

Constitutionis nostræ beneficium competere hereditibus in testamento directo institutis, extra omnem dubitationis aleam est positum. Num vero fideicommissario eique universalis (*) in testamenti scriptura comprehenso hocce subveniatur, inquiram. Obstat in genere fideicommissario potest, quod L. constitutio in heredem tantummodo sit directa, fideicommissarius autem heres proprie non sit. Sed si culmine hoc nititur fundamento; sufficit enim fideicommissarium heredis loco succedere *L. 2. ff. ad SCt. Trebell.* imo omnes heredum nomine veniunt, qui in universum jus defuncti succedunt, arg. *L. 24. de V. S. TIBERIVS DECIANVS Volum. I. Rep. 32. n. 3.* Ejusdem farinæ est illa objectio; quod, quum fideicommissarius in heredis locum succederet *L. 2. ad SCt. Trebell.* in jus etiam illum succedere, sequatur; quumque L. beneficium non daretur heredi, qui jam est in possessione, ita nec dari possit ei, qui heredi surrogatur; surrogatum enim sapere naturam ejus, cui surrogetur. Minus autem quadrat surrogati respectus in restituente & accipiente, utriusque enim parem esse conditionem, nulla necessitas exigit. Rem vero ut eo penitus inaspiciamus, aliquos a se invicem causis distinguere necessarium esse duco. Aut enim fideicommissario restitutio facta est, verbis tantum, aut re, id quod quo fiat modo docet *L. 37. ad SCt. Treb.* aut nulla plane facta est restitutio. Ad primum quod spectat, non sane est, cur dubitemus, fideicommissario, cui verbo est restituta hereditas, *L. nostræ* concedendum esse remedium, quippe cui verbalis restitutio possessionem non tribuit, nihilo tamen

tamen minus in hereditate jus operatur. Nec obstatre fideicommissario potest, ipsum ex manu heredis accipere hereditatem debere; ubi enim amplius fiduciario liberum non est, velit fideicommissario hereditatem restituere nec ne, sed jam ipsa lege ad eandem restituendam compellitur; cur actualis illa & realis de manu heredis restitutio expectetur? Ne vero directo succedere videatur, necesse est, ut verbis hereditas restituatur, quae verbalis restitutio jus fideicommissario tribuit; hac enim facta possessionem ipse judicis autoritate capere poterit, legisve nostrae uti remedio. Aliorum opinioni, utile saltem in casu proposito dari remedium, ad stipulari videtur JACOBVS MENOCHIVS adip. poss. rem. IV. n. 181. Directum vero competere non male statuit LAUTERBACHIVS Coll. Lib. XLIII. Tit. 2. §. 16. Hic enim fideicommissarius directo heredi aequiparatur, quod in eum omnia jura tam activa, quam passiva omnesve actiones ipsa statim restitutione verbali transmittantur. L. 63. ff. ad SCt. Treb. Jo. BRVNNEMANVS ad b. L. n. 13. CHRISTOPH. PHILIPPVS RICHTERVS n. 115. Sed de nomine actionis in Praxi, cum in re ipsa utilis & directa actio convenient, multum disputare forsitan supervacuum erit.

(*) Singularis enim, quia a legatario hodie non differre dicitur, directum nostrum remedium non habet. DAVID MEVIUS Part. I. Dec. 97. Utile vero illi, quia & legatario conceditur, recte tribuit LAUTERBACHIVS Lib. XLIII. Tit. 2. n. 16.

§. LV.

Quum vero, secundo casu, fideicommissario *re*facta sit restitutio; animum non subit dubitare; quin locum non habeat interdicti remedium; CHRIST. PHILIPPVS RICHTERVS ad b. L. n. 114. Ipsa enim

G hac

hac reali restitutione quis possessor efficitur. Adiscendæ vero possessionis remedia illis dari, qui jam possident, vel petero aliquem id, quod jam habet, absonum est ac frustraneum. Lex autem & natura frustranea abhorret L. 14. ff. ut Legat. seu fideic. causs. cav. Petero vero posse fideicommissarium, se mitti ad possessionem suæ solemnem ac judiciale confirmationem, plerique DD. sentiunt, de quo supra §. 23. Jo. BRVNNEMANVS ad h. L. n. 14.

§. LVI.

Quod ad tertium denique, ubi fideicommissario neque *re* neque *verbo* est restituta hereditas, omnes in sententiam, constitutionis nostræ beneficium huic impertiendum non esse, pedibus eunt. Sed de jure strixto & subtili hoc est intelligendum. Et profecto fideicommissariis in hereditate per fideicommissum relicta nullum jus ante restitutionem competit, nec aliter illud, quam ex restitutione, accipiunt. L. 63. pr. & 37. ff. ad SCrum Treb. DAVID MEVIVS Part. IX. Decis. 134. JOANNES BRVNNEMANVS in Cod. n. 12. CHRISTOPH. PHILIPPVS RICHTERVS n. III. SAMUEL STRYCKIVS de success. ab intest. Diff. VII. Cap. 4. §. 3. Restitutionem vero necessariam non esse, ubi fideicommissum ipso jure transit, clara res est. Hic enim, licet fideicommissario nulla facta sit ab herede gravato restitutio; actiones tamen & iura ab ipsa L. deferuntur, (*) quade re casus aliquot tradit L. penult. §. 1. Cod. ad SCt. Trebell. Praeter quos & ille notandus est, quod ecclesia, cui relictum est fideicommissum, opus plane verbali restitutione non habeat, quum ipsa legis dispositione in eam iura & actiones fideicommissi transferantur. L. ult. Cod. de S. S. Eccles.

(*) Omnes

() Omnes ac singulos pene casus, quando L. restitucionem inducunt, sigillatum recenset SAMVEL STRYCKIVS de successione ab intestato. Diss. VII. Cap. 4, §. 4.*

§. LVII.

Hisce ponderatis, jam, quæ in ipsa demum testamenti productione observanda, paucis commoneam. Testamentum vero coram judice promendum esse, quod nullo visibili vel sensibili laboret vitio, judicemve missione in bona decretrum judicare debere, sitne testamentum tali virio maculatum necne, ex iis, quæ §. 21. allata sunt, notum est. Enimvero, quum fieri hoc non possit, nisi ipsæ testamenti tabulæ, de quarum externa perfectione quaestio movertur, oculis ipsius judicis subjiciantur; non potest non inde concludi, ad petendam in bona defuncti missione non copiam testamenti sufficere, sed originale vel authenticum testamenti in judicio esse proferendum. Accedit, quod eum in finem offerantur testamenti tabulæ, ut inde, se scriptum esse heredem, quis probet; exemplum vero non probat, arg. authent. si quis in aliquo documento Cod. de edendo. L. 3. Cod. de divers. rescript.

§. LVIII.

Haud equidem cuicunque sumto ab originali exemplo circa dictum remedium derogandam esse fidem, credas. Pro circumstantiarum enim varietate, sub quibus exemplum confectum est, non potest non ejus fides variare. Easdem nimurum, ac originale, vires habet exemplum, vti quidem MASCARDVS de probat. Vol. II. concl. 711. n. 17. purat,

G 2

ubi

ubi exemplum judicis auctoritate legitime de verbo ad verbum sit transcriptum , publicoque sigillo corroboratum. Itidem missionem operatur antigraphum , quod ab eodem , qui originale scripsit , notario , transcriptum est , & subscriptum , JACOBVS MENOCHIVS n. 653. cuius illa mihi videtur esse ratio , quod , quia utriusque scripturae auctor est , utriusque etiam scripturae eadem habenda est fides. Praeter haec antigraphum ab originali descriptum , sive sit ab eo , qui originale scripsit , sive ab alio confessum notario , plenam mereri fidem , eique in missione decernenda standum esse , judicat IDEM n. 654. cuius rationem fugerit L. 18. Cod. de probationibus ; quod nimurum pro iis , quae in hisce instrumentis publice confessis deprehenduntur , sit presumptio veritatis , & falsitatis proinde adversario incumbat probatio , quae vero , quum altiorem requirat indaginem , in possessorio nostro remedio locum habere non possunt. Originalis porro robur exemplum accipit , ubi citatis , contra quos probare exemplum debet , vel petentibus eis confessum est ; MASCARDVS n. 72. properterea , quod ira conditum ipsum dici queat authenticum , plenissimeque contra illum probet , quo praesente ac volente transcriptum est. Simili denique ratione probat contra eum , qui dedit illud ; IDEM conclus. 711. quia nemo tam stolidus creditur , ut falsa alii documenta in sui ipsius incommodum ac detrimentum suppeditet , & quia , qui dat instrumentum , verum illud esse confiteri viderut . arg. L. 45. §. 6. ff. de jure fisci.

S. LIX.

Sunt vero , quae attuli , merae exceptiones & confirmant

firman in casibus non exceptis regulam, testamentum idque authenticum esse coram judice producendum. Coram competente vero hoc fieri debere constitutio nostra vult per verba : *ut si quis ex aſſe vel ex parte i[n]ſtitutus competenti judici testamen[t]um oſſenderit &c.* Ex re itaque mea esse puto disquirere, quis h[ic] pro judge competente habeatur? Id quod ut eo facilitiori negotio peragam, duo ab invicem causas habet fecernere. Vel enim in bona immisſio sine ullo plane adversario, rebus hereditariis ab alio non possellis, carumque possessione nondum adprehensa petitur. Hoc certe casu, quam adversarius non apparet, nulla etiam potest haberi domicilii ratio, nec ejus, qui non est, fingi domicilium potest; solum proinde restat forum, ubi res hereditariae, de quarum agitur possessione, constitutas reperiuntur, nec extra illud inveniri aliud potest. Vel autem adversarius adeſt, qui res hereditarias possidet; & h[ic] iterum apprime videndum est, habeatne ibi, ubi res sunt, adversarius, an alibi, domicilium. Priori casu itidem nullum superest dubium, quin recte judeſ impleoretur, cuius forum tam res hereditariae, quam adversarii persona agnoscunt. Sin vero alibi adversarius habiteret, & fortasse per alium bona hereditaria possideat; tunc sane obtinere videtur decisio L. 2. Cod. de Interdictis. ubi rescripſerunt ita Imperatores: *Præſis provinciæ in eum, qui ejusdem provinciæ non eſt, nec ex interdicto potest cognoscere.* Hic itaque quam Imperatores judici, cuius jurisdictioni adversarius obnoxius non est, ex interdicto cognoscendi facultatem non tribuant, ac proinde non tam locum, ubi res, de quarum possessione agitur, sitae sunt, quam eum, ubi adversarius domicilium haberet, constituisse videantur interdicto idoneum, dubito, an immisſio-

G 3

nem

nem in bona alius , quam quem adversarius judicem agnoscit, decernere jure queat. Hoc itaque casu, quod ad cognitionem, domicilii forum sat competens esse , plurimi sunt, qui existimant. At enim actualem in bona hereditaria immissionem quod attinet, immissionis actum fieri non nisi ab eo posse, cuius jurisdictioni bona , quorum immissio decreta est, subjacent, omni profecto caret dubio, *L. 12. ff. de rebus aut. jud. poss. & not. Gothofr. L. un. Cod. ubi de hered. agatur.* Quam ob causam , quod si ipsa missio nis quæstio in foro domicilii terminata sit & excussa, bona vero , in quæ petens jam est mittendus, alienæ subsint jurisdictioni, necesse est, ut, qui de mittendo sententiam rulit, judex literas , quas vocant murui compassus , quæ etiam *requisitoriales, remissoriarum & sub fidiales* audiunt, ad judicem fori rei sitæ concedat, qui actuali demum in bona immissione sententiam a priori latam exequatur, *d. L. 12. §. penult. ff. de rebus aut. jud. poss. id quod , si legitime fuerit requisitus, denegare plane nequit; quod si fecerit, ad superiorum recursus patet; JACOBVS MENOCHIVS d. rem. n. 411. quum una per alteram jurisdictionem mutuo debeat auxilio adjuvari, RICHTERVS d. L. n. 307.*

§. LX.

Potestatis vero intuitu , quod ad actualem in bona missionem, judex competens videtur esse, qui mixto gaudet imperio ; Vid. VIGLIVS ZVICHENVS *pral. n. 18.* Ubi enim effectum sortiri suum immissio debet, contingere vero potest, ut contradictores magistratus iustui refragentur; ea opus est coercitione, mediante qua adversus invitatos ac reluctantates jus redditum exequatur. Jus itaque exequendi, quod vel mixtum

mixtum imperium dicitur, vel ad illud pertinet, judex habere deber. Consistit enim in potestate modice coercendi invitatos, & in cogendi remedii etiam est missio in possessionem, l. 4. §. 4. de *danno infect.* & manus militaris L. 68. de *R. V.* Haud itaque mittere posse magistratum municipalem edocemur ex L. 4. ff. de *jurisdictione juncta L. 26. ff. ad municip.* Quare & delegato potestate in bona immittendi actuali competere posse multi dubitant & negat glossa d. legis. Rectius autem hoc asserit ZVCHARDVS n. 171. hanc ob rationem, quia res celeritatem desiderat, quamvis mihi quidem haec ratio non placeat. Palmaria potius, me judice, haec ratio posset esse, quod mixtum imperium mandari possit, ita & delegari. Mandari enim potuerunt ea, quae jure ordinario magistrati sub generali concessione competebant, quod patet ex L. ult. §. 1. de *officio ejus cui mand. est jurisd.* Jurisdictionem itaque cum mixto imperio ad eum, cui mandata est jurisdiction, transire, itidem constat arg. L. 1. §. ult. ibid. Quamvis itaque delegati strictiori significatu sint judges extraordinarii, quibus jurisdiction in certa causa est delegata, & tam a summa potestate, quam a magistratu subalterno constituantur; iis tamen, quae dantur a summa potestate, tanto minus exequendi potestatem denegemus, quanto magis ordinariorum judicium vices gerant; C. significati 7. de *offic. jud. deleg.* De iis vero, qui a magistratu subalterno delegantur & universa in certa causa jurisdictione non gaudent, quippe saltem ad actus quosdam expediendos dati, aliud dicendum esse, libertissime largior.

§. LXI.

§. LXI.

Ne ipsius vero processus formam circa dictæ L.
remedium observandam tacitus plane videar præte-
rire , pauca saltem , quæ ad rem faciunt , attingam .
Libellum itaque , citationem , & litis contestationem
quod attinet , hæc omnia non esse de essentia d. re-
medii , nisi extante contradicente , (*) clara res est .
Hic enim ubi non adest , cur offeratur libellus ,
quum iudex causæ cognitione superfedere queat ?
cur citatio fiat , quum ; qui citati possit , nullus ex-
tet ? &c. Dantur equidem , qui generalem cita-
tionem necessariam esse arbitrantur , quia forte , qui
veniunt ab intestato , laederentur ; ecquis autem ,
quæso , citandos autumabat eos , quos non credit
in possessorio victuros esse ? Non certe obligatus est
missionem petens , querere contradictores . E contra-
rio quum missio petatur in bona , quæ ab alio , sit ,
quo velit titulo , possidentur , citationem possessoris
necessariam esse , nullum est dubium ; quia forte ex-
ceptiones missionem remorantes suppeterem possent ,
quid ? quod nemo , licet injuste possideat , inauditus
de possessione sit dejiciendus ; Vid. ANTONII FABRI
Straats-Cantzley Tom. XLVI. pag. 534.

(*) Dices : quid opus est hoc remedio , ubi nullus est , qui
contradicat ? Respondeo : Possidentur interdum ab alio bo-
na , qui si judicis autoritate immitteris , ad contradicendum
non venit , nec contradicere audet ; innumeræ vero , si pro-
pria illa occupare autoritate velles , difficultates defuper fo-
ret excitaturus . Judicis adhæc autoritate possessionem
accipere conduced , ubi de aliorum litigandi pruritu secu-
rus non es , ut justam statim possessionem docere , ejusve
commodis in processu super hisce bonis cepto fruaris , de
quo supra §. 31. in fine ut & alia multa præteream ,

§. LXII.

§. LXII.

De eo autem, (ut ad probationes in remedio nostro pergam) an heres bonorum possessionem impetraturus mortem defuncti probare debeat, veteres JCTi ferram contentionis reciprocant. Putarunt aliqui hac probatione vel demonstratione potius opus non esse, quia, si heres testamentum produceret, eo ipso de testatoris morte praesumtio nascetur, quid? quod modici admodum est præjudicium ex parte testatoris, in eam aliquem mitti possessionem, quae, ubi testatorem, adhuc vivere confitaret, revocata censeretur. Rectius vero alii ut & plurimi recentiorum, semiplenam hic requiri probationem, si mors testatoris notoria non est, arbitrantur. Quodsi enim nulla est viventis hereditas, L. 1. ff. de hered. vel aet. vend. & L. ult. Cod. de pafis. heres non potest adspirare possessionem prius, quam deceperit ille, in cuius universum jus mitti sese cupit, L. 2. §. 4. ff. quemadm. test. aperiuntur. Quem decepsisse facti est, nec praesumitur; & licet in promtu testamentum habeat, inde tamen testatoris obitus non inferrur, quum etiam surripere aliquis testamentum potuerit, vel aliis ex causis heres testamentum habere queat. L. 2. Cod. quemadm. test. aper. Satis proinde est, unius saltem testis, qui mortuum testatorem vidit, vel sepulturae interfuit, depositione testatoris probasse obitum, uti mecum sentit SCHNEIDEWIN. ad Tit. Inst. de nupt. Part. IV. de divort. n. 42. BENEDICTUS CARPOVIUS Lib. VI. Resp. 19. n. 6.

H

§. LXIII.

§. LXIII.

Num vero a lata inter adversarium & heredem scriptum sententia de immittendo licet appellare? videndum est. Non recipiendam esse ab adversario adpellationem, quod dilationem missio heredis non patiatur, *L. ult. ff. de appell. recip. indistincte DD. afferunt propter L. ult. ff. de appell. recip. & L. 6. Cod. quorum appell. non rec.* Ita enim sentit DAVID MEVIUS *Part. II. Decif. 282.* & NICOLAUS CHRISTOPHORUS DE LYNCKER anal. ad STRUVII *Syn-tagm. Lib. XLIII. Tit. 2. in fin.* Et hoc non tantum favori, qui testamentis contingit, quod param habeant executionem, responderet, sed etiam invincibili LL. allatarum argumento confirmatur. Caveamus autem putemus, quamvis injustam & aperte nullam de mittendo latam sententiam contra appellationem injuste condemnati munitam esse; quin potius hoc casu admitti appellationem statuit DAVID MEVIUS *Part. IX. Dec. 134. n. 4.* Interest autem, ut sciamus, an LL. iupra adductæ appellationem in hoc remedio recipi prohibentes hoc intelligent, tam quoad effectum suspensivum, quam devolutivum? Evinci ex ipsis legibus hoc non potest, nec DD. hanc distinctionem attrigisse videntur; præter quod JACOBUS MENOCHIUS in hac re omne punctum ferat, erudite sentiens, appellationem quidem non impedire sententiae executionem, concedere tamen devolutionem cognitionis justitiae; admittendam igitur esse appellationem, quod ad effectum devolutivum, licet minime suspensivum. Cujus sententiam tanquam in foro receptam amplecti cur dubitemus? vel tanto magis, cum jure canonico appellatio in

cauf-

caussis possessoris quoad effectum devolutivum recipiatur, atque testamentorum favori eorumque paratae executioni nec præjudicium ferre nec moras necesse possit. Haud immerito autem quoad utrumque effectum admittenda erit appellatio, ubi appellantem legitimum esse contradictem appareat; hunc enim millionem ac summarium processum impedire, supra relata docent; vel ubi certissimis constet argumentis, intentato remedio locum non esse.

§. LXIV.

Ducimur ad quæstionem: *num contra latam de mittendo in possessionem sententiam petere restitutionem in integrum liceat?* quam decisurus merito distinguo, an hæc in integrum restitutio altiore requirat indaginem, aut statim de illa liquere possit. Et sane priori casu admittendam non esse restitutionis petitionem, suadet illa ratio, remedium nostrum non ferre moram. Posteriori vero restitutionis in integrum petitio per modum exceptionis proposita nec minus in continenti probata & liquida, quin effectum fortius, missionisque impedit executionem dubius non haereo. Ipsum sine cum sine contradictione missum, contra missionem in integrum restitutionem petere posse, puta si esset aut fuisse minor, & hereditas multo ære alieno esset gravata, nullum est dubium. Quin & missionis deferere poterit beneficium.

§. LXV.

Ad ipsam denique actualem immisionem seu executionem quod spectat, ita eam fieri consultum est,

H 2

utne

arne, si quando de legitima heredis possessione ac judiciali immissione dubitetur, missus omni probatione destituantur; quod ne eveniat, immisionem heres testificatione publicarum personarum prudenter & legitime accipit, ut hoc loquuntur ipsa L. verba: *& eam testificatione publicarum personarum heres accipiat.* Quæ vero hæ sint disquirit VIGLIUS ZUCHEMUS *præl. n. 55.* Glossa nostræ legis per eas intelligi putat executorem cum tabellione. Ethodienum hanc missionem per nuncium fieri publicum, vel notarium, vel etiam alicubi per judicem provincialem docet CHRIST. PHILIPPUS RICHTERUS *ad L. ult. n. 312.*

Dicitur in libro de usurpatione: non concurrit de usurpatione in obiecto ut possidatur, sed in causula, scilicet in causa, quæ est de usurpatione, ut possidatur. Et hoc est quod dicitur in libro de usurpatione: non concurrit de usurpatione in obiecto ut possidatur, sed in causula, scilicet in causa, quæ est de usurpatione, ut possidatur.

§. LXVI.

Vix ac ne vix quidem exceptiones, quæ altiori indigent perscrutatione, hanc ex L. declarata immisionem impedire, nec quemlibet indistincte contradictorem admitti ex supra dictis elucescit. Legitima vero contradictionem, qua jus testamenti statim æque apparenter dubium redditur, sfernendam non esse vel rejiciendam, æquitatis ratio postulat. Legitimi autem contradictoris nomen mereri putarem, qui possidet, ac titulum sua possessionis allegare, deque jure suo docere in continenti potest. Ita sentit HENRICUS nobilis dominus DE BERGER *Oeon. Juris Lib. II. Tit. IV. §. 53 n. 3.* Quemlibet vero titulum ab heredis institutione omnino diversum allegasse, veluti si quis se emisse a testatore, vel ab eo donata fuisse diceret, haud sufficere judicat JACOBUS

COBUS MENOCHIUS n. 557. Si tamen testatoris chirographo id probare posset, contradic^{tio} præpotens fore, & efficax. Multo itaque minus legitimus contradic^{tor} audiet ille, qui possidet, nihilque præter solam allegare possessionem potest. Ita quoque, quum in legitimo contradic^{tore} præter titulum etiam possessio requiratur, sequitur, non possidentem, sed solummodo titulum allegantem, veluti se esse ab intestato heredem, vel scriptum in alio testamento, nisi sit testatoris posterius, impediremissionem non posse, uti docet **IDEM** n. 559. Id quod etiam afferendum, licet, qui non possidet, ex eodem, quo missio futura est, testamento titulum singularem possit allegare. **ZUCHARDUS** n. 382. Prono hinc fluit alveo, fideicommissario in iisdem testamenti tabulis scripto, nec adhuc possidenti legitimini contradic^{toris} nomen subtili jure non esse tribuendum, nisi ei restituta sit verbis hereditas, vel concessa sit a testatore potestas, propria eandem autoritate occupare, vel fideicommissum ipso jure ad fideicommissarium transeat (§. 56.). Res eo reddit, ut, qui ipse remedio nostro uti potest, etiam pro legitimo contradic^{tore} habeatur; cui enim datur actio, multo magis datur exceptio **L. 1. §. 4 ff. de superficiebus.** Quare fideicommissarium, qui possidet, ac jus fideicommissi probare in continentⁱ potest, legitimum esse contradic^{torem}, patet; id quod etiam de legatario possesso dicendum est, nec non de mortis causa donatario, qui fundi donati possessionem apprehendit, ita, ut in possessorio summario adversus heredem fideicommissarium sustineatur, uti statuit **HENRICUS nobilis de BERGER** *Oec. Jur. Lib. II. T. IV. §. 52. n. 3.* Hodie fideicommissarium, et si non possideat, si jus tam
en sui fideicommissi puri & universalis, non singu-
laris,

laris, ex testamento eodem aut posteriori in continentि probare potest, ut legitimum contradictem, in Praxi respicere Jūdex possit, non ut missionem totam impediret, sed ut statim dīrectus fideicommissarum in compositionem admittere cogatur.

§. LXVII.

Sicuti vero, quod nulliter factum est, pro non factō reputatur; ita missionem contra juris praecepta factam revocandam & pro nulla declarandam esse, evicta res est. Qua de causa, si contradictor, qui possedit, exitit, citatus autem non est, missio executioni data nulla est; quia judici, aliquem mittere in possessionem rei ab altero possessae illo non citato, non licet, *L. 6. Cod. unde vi.* Ita quoque, ubi contradictor iste possessionem suam probaverit, revocanda erit immisso. Simili ratione, ubi, qui non possedit, contradictor probaverit, immisionem ex testamento abolito, cancellato, vel alio visibili vitio laborante factam esse, vel etiam testatorem bona mortis tempore non possedisse; immisionem esse rescindendam rationi consentaneum est. Imploratio autem de rescindenda immisione, nec non sententia rescissoria quem in modum concipiatur videre potes apud BARTHOLOMÆUM LEONHARDUM SVENDORFFERUM *de actionibus Cap. X. Art. 1. §. 26.*
§ 27. pag. 53.

§. LXVIII.

Coronidis loco huic Sectioni addimus adhuc quæ-

quæstionem : an ad unionem prolium se extendat **L.**
 nostræ remedium & uniti inter se liberi in uniuersi-
 tum bona ex nostra **L.** se mitti recte postulent ? Hanc
 ad rem eo curatiū definiedam , inquiramus , num
 unio prolium in testamento fieri legitime possit , num-
 que paetum unionis ultimis voluntatibus accenseatur ?
 in hoc enim totum hujus rei & missionis impetrandæ
 fundementum ponit , certum est . Primum quod at-
 tinet , unionis paetæ sub variis multisve solemnitatibus
 celebrari **LL.** jubent . Huc spectat parentum &
 agnitorum proximorum consensus **L.** 35. *Cod. de*
transact. & Jo. BRUNNEMANNUS ad b. L. nec non
 tutorum , ANDREAS GAILLIUS *Obser. praet. Lib.*
II. Obs. 125. n. 5. vel , si uniendi puberes sint , eorundem
 consensus , BENEDICTUS CARPOZOVIVS *Resp.*
Lib. V. Resp. 6. n. 19. & Magistratus autoritas , veluti
 causæ cognitio ac decretum **L.** 2. *Cod. de præd. decur.*
 & arg. **L.** 6. *Cod. de præd. minor. sine decreto non alien.*
 Tot solemnitates , si in testamento adhiberentur , a-
 ctum sane testandi vitiarent , ac interrumperent . Hic
 vero debet esse continuus nec interruptus **L.** 21. *Cod.*
de testamentis; & nocet actus extraneus , qui sub di-
 spositione testatoris solitaria non comprehenditur . **L.**
21. §. f. ff. qui test. fac. poss. Hisce vero requisitis
 unionis in testandi actu omissis , liberisque nude in
 testamento exæquatis , exæquatio ista non esset unio
 prolium , sed mera paterna dispositio , liberique ita
 exæquati non ex pacto unionis , quippe legitime
 non celebrato , sed ex testamento immisionem petere
 dicerentur . His ita stantibus unionem prolium
 in testamento fieri non convenit . Unio tamen pro-
 lium solenniter celebrata & ad finem perducta testa-
 mento inseri potest . Ad alterum vero quod
 spe-

spectat ; unionem prolium ad ultimas voluntates non referri ex eo liquet, quia veluti alia pæcta non nisi mutuo dissensu dissolvantur : nec uti quidem ultimæ voluntates ambulatoria sunt, *L. s. Cod. de Obl. & act.* Quæ quum ira se habeant, dicta vero *L.* unique pro testamentorum aliarumque ultimarum voluntatum caussis militare videatur, in quorum numero pæctum unionis prolium per ea, quæ dixi, non est ; unitos directum *L.* nostræ remedium non habere crediderim. Attamen quum pæctorum apud Germanos favor nullo non tempore eximus fuerit ; facile indulgebimus, unitos ad exemplum remedium haec tenus declarati implorare posse officium judicis nobile ad immissionem in bona consequandam,

SAMUEL STRYCKIUS *de success. ab intefato Diff. VIII.*

Cap. 6. §. 23. Eadem ferme est ratio pæctorum dotalium in modum contractus conceptorum , ubi remedium nostræ Legis directo locum non habet ; conjux tamen superstes itidem ad exemplum dicti remedii nobile judicis officium implorare poterit. Confirmat hoc responsum quod exhibet **CHRIST. PHILIPPVS RICHTERUS** *Decis. XXVI. n. 28.* Pæcta quoque familiæ hue referri possunt ; Sed filiores hac in parte erunt contradictiones , de qua re in *Sect. seq.* differendi occasio nascetur.

SECTIO

SECTIO II.

Membrum I.

DE USU REMEDII NOSTRI
CIRCA FEUDA.

§. LXIX.

IIs jamjam, quæ ad L. nostram spectant, prior Se-
tione excusis, nunc, an dictum remedium *L. fin.*
Cod. de editio D. Hadriani toll. in feudis sibi locum
vindicet? dispiciendum. Quantumvis autem
hoc nostrum interdictum juris civilis remedium
esse, nec inde ad feudales caussas trahi posse vi-
deatur; certa tamen & evicta res est, LL. &
confuetudines feudales, quæ quidem ad nos per-
venere, ad decidendos omnes ac singulos circa
feudorum controversias obvenientes casus haud sup-
petere, ut proinde ad alia jura recurrere absbonum non
sit, quin potius necessitas ac utilitas publica id suadeat.
Vid. *TIBERIUS DECIANUS Volum. IV. Resp. 83. n. 28.*
Quum igitur, quod ad possessionis caussas, parum di-
sponant LL. & confuetudines feudales, jus vero Ci-
vile Romanum de hisce multa prudentissime ordina-
ta suppeditet; possessionis profecto controversias cir-
ca feuda obvenientes ex LL. decidendas esse civilibus,
est in aprico. Dari vero remedia possessoria Vasal-
lis docet *ERNESTUS THEOPHILUS MAYER Syntagm. Jur. feud. Cap. XX. §. I.* & ex eo patet, quod
non tantum naturali possessione sint praediti, sed &
eis civilis possessio juris, quod eis in re & usu feudali
constitutum est, recte tribuatur. Ad hoc igitur jus
tuendu-

tuendum possessoria eis dari remedia jam non est, cur multis deducam. Adipiscendæ enim possessionis remedia feudi successori competere patet ex eo, quod ait HENRICUS A ROSENTHAL *Synops. Jur. feud. Cap. II. conclus. 29. n. 5.* & Vasallum interdicto quorum bonorum posse experiri inter alios docet SAMUEL STRYCKIUS *Elect. Juris feud. Cap. 24. quest. 21. Sect. 3. n. 78.* ita & Interdictum quod legatorum dari vallo, si feudum, quod ultimam dispositionem recipit, legatarius propria occupavit auctoritate, existimat ERNESTUS THEOPHILUS MAYER *cit. l. §. 2.* Pariter etiam nostrum illi competere remedium vult HENRICUS A ROSENTHAL *de feudis concl. 48. n. 2. aliisque.*

§. LXX.

Quum autem hæc nostræ L. constitutio testamentariam primario successionem respiciat; præprimis demonstrare necessum erit, in feudalibus etiam testamentorum cauſas non exulare. Primum quidem est, quod obstat, quod alienatio feudi sit prohibita, ac proinde feudum nec ultima voluntate queat alienari; Secundum, quod in feudo succedentes juxta tritam juris regulam, jus suum non ab ultimo defuncto, sed a primo acquirente habeant, præreaque testamento hisce jus, quod jam habent, dari non possit; tantum abest, ut eodem adimi queat, *I. feud. 8. in pr. & cum aliis hoc docet SCHRADER de feud. Part. VII. Cap. 2. n. 12.* MATHIAS BERLICHIIUS *Decis. aur. 49.* HENRICUS A ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. 2. pag. 269.* Attamen ista de omnibus plane ac singulis feudorum speciebus intelligi

liginequeunt, uti hoc affert BARTHOLOMÆUS LEONHARDUS SUENDENDÖFFERUS de actionibus feud.
Cap. X. Art. I. §. 1. Quin, aliud statuendum est merito in iis quidem feudis, quæ liberam vasallum dispositionem, vel allodialem juris civilis successionem non respuunt, qualia sunt feuda mere vel mixte hereditaria, ita quidem, ut in illis vasallus libere, ut in alia quavis re allodiali, disponere & in extraneos feendum ultima voluntate transferre queat, cuius testis est SAMUEL STRYCKIUS cautel. test. *Cap. VI. Membr. 2.*
 §. 8. in hisce vero ejusdem dispositio inter eos tantum, qui alias essent successuri, tam filios, quam agnatos subsistat, GEORGIVS ADAMVS STRUVIUS *Syntagm. Jur. feud. Cap. IX. §. 11.* Idem innuere videtur TIBERIVS DECIANVS *Volum. I. Resp. 5. n. 119.*

§. LXXI.

Interdum quoque valere ultimae voluntatis dispositionem in feudis ex pacto & providentia majorum vulgo DD. existimant, distinguentes inter feendum novum & antiquum, illoque casu vasallum posse etiam in præjudicium illorum, qui alias essent successuri, disponere statuentes, GEORGIVS ADAMVS STRUVIUS *Synt. Jur. feud. Cap. IX. §. 12. n. 4. pag. 344.* CHRISTOPHORUS PHILIPPVS RICHTERUS *Decis. XXV. n. 13.* CAMILLUS BORELLUS *Decis. univ. Tom. I. Tit. 34. n. 214.* Et hoc multo magis valere accedente domini directi consensu purat HENRICUS A ROSENTHAL *Cap. VII. Concl. 7. n. 5.* quia, quod quis se mihi & alteri praefiturum promiserit, mea & promisentis voluntate pro lubitu revocari possit. (*) In antiquis vero vasallum filiis & agnatis

testamento suo etiam consentiente domino directo præjudicium ferre non posse tam certum est , quam quod certissimum ; uti sentit HENRICUS A ROSENTHAL Cap. VII. Concl. 4. n. 1. Consensu tamen & domini directi & eorum , ad quos successio feudi spectat , interveniente ultimæ voluntatis de feudo dispositionem licitam esse ac permisam , nullum est dubium , & est sententia RICHTERI Decis. XXV. n. 9. Sed quid hisce longius immoror ? Sufficit , innumeris historiam scutere exemplis , testamenta a Vasallis circa feuda fuisse condita.

(*) Quod de feudo novo vasallus in liberorum præjudicium disponere possit , mea quidem sententia non omni caret dubio . Inter feuda enim nova & antiqua nulla mihi ; quod ad disponendi facultatem diff. rentia videtur esse , adeo , ut cerebrinam potius illam existimem . Feudum namque tam novum , quam antiquum datur & vasallo , & ejus hereditibus , vor sich und seine Erben , eamque ob caussam heredes , nempe feudales , in feudo novo æque ac in antiquo per istam feudi collationem primo acquirent factam jus in hoc feudo succedendi acquirunt . Primo itaque huic acquirenti contra factum proprium , quippe quod pro se & hereditibus feendum acquisierit , venire non licet , neque per hoc hereditibus in investitura comprehensis præjudicare ; quam sententiam quod que tenet illusfr. JOANNES GEORGIIUS ESTOR Praeceptor maxima colendus , & HENRICUS COCCEJUS Conf. C. 17. resp. in causa illusfr. Conf. XCII , n. 20. pag. 1231.

S. LXXII.

Ultimariam præterea voluntatum dispositionibus obnoxia sunt feuda , si disponendi facultatem privilegium concedat vel consuetudo , quod in Lusatia superiori vigere novimus , ubi ex speciali privilegio ab Imperatore Maximiliano II. die 9. Aug. Ao. MDLXXV.

MD LXXV. concessio etiam ultimarum voluntatum dispositiones de feudis permittuntur, cuius rei mentionem facit & decisione confirmat RICHTERUS *Decis.* XXV. n. 10. Singulare quoque Comites Ranzoviæ pollent jure, ut pro lubitu de feudis suis mortis caufa queant disponere. Ita etiam in Delphinatu & aliis Franciæ Provinciis consuetudo generalis obtinet, ut in feuda succedatur eadem ac in patrimonialibus ratione.

§. LXIII.

Jam ex iis, quæ dicta sunt clarius patescit, omnis plane generis feuda, eaque tam antiqua, quam nova, tam mixte quam mere hereditaria, suo modo testamentorum objecta esse, & vulgarem, quod in feudis testamentaria dispositio locum non habeat, regulam, modo propter ea, quæ dispositionem circumstant, modo propter qualitatem feudi singularem infringi. Quæ, cum ita sint & experientia rerum magistra nos satis superque edoceat, feuda hodienum testamentarias dispositiones non abhorrere; Quid, quod saepius eveniat, ut de feudis vafalli ultimum relinquant eloquium, cerrumque porro sit & evictum, successoribus in feuda possessoria juris remedia neutquam esse deneganda; extra omnem sane dubitationis aleam positum esse videtur, supra declarato *L. fin. Cod. de edito D. Hadri. toll.* remedio in feudis, eodem ut in allodialibus fieri solet modo, locum esse; ita ut successor in testamento nominatus producatur coram judice testamento, eoque nullo visibili virtu laborante, in feudi & eorum, quæ illi coharent, possessionem secundum *L. nostra præscripta immittatur.*

tatur, HENRICUS a ROSENTHAL de feudis Cap. 12.
Concl. 12. n. 31.

§. LXXIV.

Ad rem nostram spectat exemplum Nobilium a Sturmfeder & Feignies. Condidit nimurum nobilis domina a Petri testamentum, in quo nobilibus a Sturmfeder & Feignies omnia sua bona & in his feudum Steinbach reliquit. Possidentibus vero & contradicentibus Comitibus a Leiningen, proposita fuit quæstio in responso facultatis Gießensis Juridice: *an dicti nobiles a Sturmfeder & Feignies remedio L. fin. Cod. de edito D. Hadr. toll. experiri possent?* Et hoc potissimum faciunt, quæ in hoc responso leguntur sequentia: *Wie wohl nun, so viel den L. fin. Cod. de edito D. Hadr. toll. belanget, vor die Herrn Grafen von Leiningen ziemlich gefährlich ausfiehet, da 1) nebst der donatione inter vivos ein testament der verstorbenen Frau von Petri vorhanden ist, durch welches dieselbe ihre beyde Vettern den Herrn von Sturmfeder und von Feignies zum Erben eingesetzt bat; nun aber 2) Lex fin. Cod. de edito D. Hadr. toll. mit sich bringet, daß, wer ein dergleichen testamente nullo visibili vitio laborans produciret, vermäge desselben so gleich immittiret werden solle, solches auch 3) in feudalibus statt bat und so gar Rechtes ist, quod is quoque, ad quem alias feudi successio non pertinet, hanc innissionem impetrari possit eo effectu, ut agnati ab expetere debeant, &c.* In feudis potro L. nostræ remedium obtinere colligere potes ex JUSTI HENNINGI BOEHMERI Confult. Resp. C.I. Ob nun wohl die Herrin Beklagten gestandi ger

ger maßen die Possess derer gedachten Lehn-Güther ergriffen und in derselben sich nicht allein noch zur Zeit befinden, sondern auch das Präsidium L. fin. Cod. de edicto D. Hadr. toll. vor sich zu haben scheinen, nach welchem sie nicht alleine die Immision in die gedachten Güther, so ferne sie die Possess nicht ergriffen haben solten, suchen und erhalten können, sondern auch nunmehr, da sie selbige geständiger maßen ergriffen, bey derselben billig mainteniret werden müssen. &c.

§. LXXV.

Et hoc usque adeo in feudis vigere constat, ut etiam filiae, quanquam feudorum capaces regulariter non sint, in testamento vitio exerno carente institutæ secundum h. L. in bona defuncti immittantur, nihilque referat, utrum filii vel agnati contradicentes possideant, nec ne, ita, ut hi ordinario processu ius suum persequi teneantur, quod multis probat BENEDICTUS CARPZOVIUS Lib. VI. Rep. 20. n. 17. pag. 47. & Part. III. Conf. V. def. 18. n. 5. Confirmat hoc JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS Consult. Rep. C. n. 5. Auch nicht bindern will, daß von Leben-Güthern in solchen disponiret seye, von welchem doch regulariter keine testamenti factio bestehen oder gelten mag, zumal nach der Interpretum Meynung auch dieses Interdictum in testamento super feudalibus condito Platz findet, adeo ut etiam filiae non obstante contradictione filiorum & agnatorum ex cit. L. fin. Cod. de edicto &c. mittendæ sint in possessionem honorum feudalium, quæ pater tempore mortis possedit, & idem obtinere debeat in feudis hereditariis, quam non hereditariis. &c. Illustrat hanc materiam conclusum Judicij Imperialis Aulici d.

4. Febr.

4. Febr. Ao. M DC XXV. In Sacken petitæ immisso-
nis ex L. fin. Cod. de edict. D. Hadri. toll. Annæ Mar-
garetha von Cronberg als ihres Vatters seel. weyland
Wolffen Cæmmerers von Worms, genannt von Dalberg
in testamento solenni einziger instituivter universal
Erbin, Klægerin an einem: gegen und wider Hanß
Georgen Cammerer von Worms, genannt von Dalberg
und Consorten, Beklagten andern Theils, ist die Sache
für beschlossen angenommen, und auf vorgebrachtes Ori-
ginal- Testament und allem Vorbringen nach, zu Recht
erkaunt, daß Klægerin - - in alle und jede des Testa-
toris Verlaffenschaft, so er zur zeit seines Absterbens be-
fessen, und inne gehabt, es seyen bewegliche, oder unbeweg-
liche Güther, sowohl Baarfschaften, Zinsen, Renten,
Gültien und Gerechtigkeiten neben allen derselben Pertin-
entien, Ein- und Zughörungen, wie auch in die Herrns-
heimische und Niedersteinische Güther, in das Guth Op-
pelsheim und Osthofen und in alle andere Güther, Zinsß,
Rent und Gefällen, so viel deren in weyland Eberhardts
von Dalberg den 30. Jan. 1557. aufgerichteten Testa-
ment specificirret zu befinden, und der Testator zur Zeit
seines tædlichen Abgangs befessen; it. in den Hof zu
Bechtelsheim, vermaeg dessen zwischen weyland Eberhard-
ten und Georgen von Dalberg zu Herrnsheim, Dienstag
nach Catharine Ao. 1549. aufgerichteten Kauf-Brie-
fes, und Georgen von Dalbergs sub eodem dato abgege-
benen Revers; item in die Flecken Abenheim, Hefslach
und Geißbitzheim; item in das Donausche Guth und
neu-erbaute Bebaußung und alle andere dazu erkauffte
Güther, an Aeckern, Wiesen, Weingäerten, und der-
gleichen, sowohl, als in alle andere in des Testatoris letz-
ten Willen den 12. Dec. Ao. 1615. aufgerichteten Codicil
specificirte Güther, Renten, Zinsen und Gefällen,
wie

wie auch in das Haus zu Oppenheim, neben desselben pertinentien, Ein- und Zugeberungen (jedoch gestaltten Sachen nach jetzt verührte Bebauung und derfelben Zugehör ohne einige Ablösung, erb und eigenthümlich zu besitzen) zu immittiren an- und einzurüsten sey. Immaß den auch Klägerin in dieselbe hiermit immittirer ein- und angemiesen wird; Derwegen denn Beklagte der Klägerin solches alles neben denen Nutzungen und fruchtibus perceptis & percipiendis von Zeit der unrechtmäßigen den 18. Sept. An. 1616. von Beklagten invadirter Possession auzurechnen, einzuräumen und abzutreten, schuldig seyn sollen. Proxime huic accedit responsum, quod exrat apud BENEDEICTVM CARPOZIVM Lib. VI. Resp. 20. n. 22. pag. 47. ad consultationem Christoph von Minckwitzens hinterlassenen Tochter und Land-Erben zu Budissen. Mensf. Nov. An. 1637.

§. LXXVI.

Hæc nostra assertio, feminas ex L. nostræ remedio in defuncti testatoris bona mittendas esse, non tantum vera est, quod ad Vasalli filiam; sed etiam, quod ad feminas in linea collaterali constitutas, propterea, quod ipsæ non minus ac filiae in petitorio forte judicio, quod insequitur, probare poterint, pro qualitate feudi, vel paetis familie feudi successionem ad ipsas spectare, nec feudorum incapaces se esse habendas. Per multas enim esse caussas, ob quas a successione in feuda arceri nequeant feminæ, nullus est, credo, qui ignoret. Tantum igitur abest, ut feminis in possessionem ex dicta L. mittendis objici queat, bona notorie vel per confessionem propriam esse feudalia, quippe quum & feuda non semper feminarum successionem abhorreant; ut potius agnati, si hanc

K

missio-

missionem impedire velint, in continentis probare debant, haec bona feudalia ejus esse conditionis, ut ad feminas pervenire plane non possint.

§. LXXVII.

Num expectativarius, cui expectativa est legata, recte nostro remedio utatur? restat, ut videam. Utile hoc interdictum, ut illi tribuam, adducor ex eo, quod & legatario utile nostrum interdictum non deneretur Vid. AVTERBACH. Coll. Lib. XLIII. Tit. 2. §. 15. feudique possessio etiam ante investituram in Vasallum transire queat. VRCKARDVS GOTHELFF. STRUVIUS *Jurispr. feud. Cap. IX. §. 11.* Mortuo igitur ultimo Vasallo & expectativae legatae conditione jam existente, expectativarius oblato testamento non vitioso, ex quo de legata expectativa satis constet, perere poterit immisionem in feudum, cuius illi expectativa legata fuit.

Membrum II.

DE USU REMEDII NOSTRI IN FEUDIS IMPERII ET CAUSIS ILLUSTRIBUS.

§. LXXVIII.

Feuidis Imperii minoribus, quae ratione nexus vasallitici atque disponendi facultatis inveniunt eodem, quo feuda mediata, modulo lex & consuetudo metitur, omnia, quae de feudiis in genere differui, veniunt applicanda, ita, ut in his etiam *Remedii nostri L. fin. Cod. de edit. D. Hadriani toll.* usus deprehendatur.

datur. Tanto majorem vero ac præstantiorem dicit nostri remedii in feudis imperii majoribus usum esse putarem, quanto laxiori vinculo feudorum legibus ob insigne, quo fulgent, dignitatis fastigium adstrictissimum Imperii Principes, quanto proinde frequentius evenit, ut de territoriorum suorum acditionum futura successione ejusve modo testamentis aliisve ultimis voluntatibus, ut plurimum quidem inter liberos disponere & mox æquis, mox inæqualibus partibus eos instituere, uni filiorum universum plane territorium adsignare (*), vel eum insigni præ reliquis prærogativa condecorare, modumque regiminis gerendi præscribere soleant.

(*) An justum sit, inæqualiter liberos in Regnis ac Principatibus instituere vel jus primogeniturae introducere: de hoc acerrimo arguentorum confictu DD. certant. Impugnat hoc armis & parmis NICOLAVS BETSIVS tract. de Statut. pacts. & consu. fam. illust. Cap. VIII. & IX. Sed Andabatarum more pugnare mihi videtur, incongrue omnia, quæ in privata succedenti ratione justa sunt, ad publicam & illustrium successionem applicans. In privatorum enim hereditatibus æquitas naturalis exigit, ut liberi, quorum cuique pars jura natura tribuit, æquales accipiunt partes. In publicis autem & Principum successionibus summa lex est reipublicæ salus ac incrementum, Principesque, qua tales, non pro suo proprio, sed ipsius Reipublicæ commodo succedunt. Ad ipsius vero Reipublicæ salutem ejusque securitatem contra exterios eo fortius defendendam facit, si domus ac familiaris, quæ ad Reipublicæ gubernaculum feder, splendor arque vires conservantur: id quod efficit jus primogeniturae: unicum enim & necessarium hoc ad familiarium illustrium splendorem conservandum esse Remedium, afferit HENRIVS COCE JVS Rep. 30 n. 2. Plura quæ apud HENNINGIVM ARNISÆVM de Republica Cap. II, Selt. 7.

§. LXXIX.

Innumera pene hujus rei exempla Historicorum libri continent, ut immensum ferme opus suscipere,

K 2

fi,

si, quæ hujusmodi deprehenduntur, exempla sigillatim enarrarem. Quia vero, ubi testamenti factio vallet, ibi Legi etiam supra declaratae locus est; non possum non quædam ultimarum dispositionum de feudis imperii exempla laudare, ex quibus de feudis imperii majoribus mortis causa disponendi facultatem non nemo perspiciet. Testamentariæ nimirum exrant dispositiones Joannis Wilhelmi Ducis Saxoniae, pro æquali regimine inter filios de Ao. 1573. Joannis Georgii, Duciis Saxo Isenacensis, pro introducenda primogenitura de Ao. 1641. Joannis Georgii I. Electoris Saxoniae, de Anno 1652. Adolphi Friderici, Duciis Megapolitani de Ao. 1654. Friderici, Serenissimi Ducis Saxo Gothani gl. m. qui filium primogenitum principem ac Ducem Saxoniae Fridericu[m] unicum successorem esse, & linea[le]m successionem in linea sua descendente vigere voluit, de Ao. 1685. Bernhardi Serenissimi Duciis Saxo Meiningeris gl. m. in quo filios suos ac Duces Saxoniae, Ernestum Ludovicum, Bernhardum, Fridericum Wilhelmum, Georgium Ernestum, & Antonium Ulricum heredes ac successores esse voluit, d. 12. Nov. Ao. 1688. Ernesti Ludovici, Serenissimi Duciis Saxo Meiningeris gl. m. qui itidem jus primogeniturae in linea a se descendente per testamentum de 26. Febr. 1721. introduxit, & quæ sunt alia ferme innumera. Præterea testamentorum in vexilli feudis frequentem esse materiam vel ex eo constat, quod non tantum observatis, quæ LL. feudales flagitant, veluti consensu Imperatoris & agnitorum imperato[ri]o, condant sæpenumero testamenta Imperii Principes; sed fieri quoque possit, ut domus quædam privilegium libere de terris feudalibus disponendi accipiat, quale prætendit Domus Austriaca, quæ munitam se

se dicit privilegio libere inter vivos & ultima voluntate de terris suis disponendi. Pa&ct;a tamen familiae semper Testamentis his pr&äferentur. Nec etiam rarum est, Principes interdum hoc habere , ut absque Imperatoris consensu & confirmatione valide testamenta condant ; Exemplo sunt Duces Saxonie , qui ad testamentorum suorum validitatem Imperatoris confirmatione haud indigent. Et hanc Provincie vel familiae consuetudinem sine Domini consensu disponendi omnino valere docet **TIBERIVS DECIANVS**
Volum. IV. Rep. 3. n. 230.

§. LXXX.

Usus Remedii supra declarati in feudis Imperii majoribus, ut eo fortius elucesceret , mearum fane partium fuit , ostendere , testamenta de vexilli feudis saepe saepius condi , ac testamentariam in illis non minus obtainere successionem. Jam vero & in hisce caussis dictum remedium haud exiguum praestare usum, tam ex iis constat , quae §. LXX. deduxi , quam exinde pater , quod Imperii Principes in caussis eorumdem decidendis , moribus ac consuetudinibus patriis nihil definientibus ad Jus Civile Romanum recurvere non raro soleant , ex eodem caussarum , quae inter eos vertuntur , decisiones , cautelas ac juris remedia petituri. Dices : Cur haec juris remedia curabunt Imperii Principes , qui pro sublimi , in quo constituti cernuntur dignitatis ac potentiae apice , legibus sunt soluti per *L. 31. ff. de LL.* belli gerendi jus habent & proinde gladio rerum possessiones vindicare sibi possunt & quotidie vindicant ? Sed salua res est. Principes enim legibus esse solutos , ita velim accipias , ut legibus civilibus , quorum ipsi autores sunt ac mode-

ratores, non teneantur, & qua Legislatores iis subiecti non sint, quum se ipsos legibus suis non obligent; quare respectu civium suorum aliter legibus civilibus non tenentur, nisi in quibus ipsi Principes ut cives ac privati habentur; in actu enim quem Princeps, qua talis, suscipit, LL. civilibus non obligatur; Vid. Hugo Grotius de jure Bell. ac Pac. Lib. II. Cap. 14. §. 6. n. 2. quamvis nihil tam proprium sit imperii, quam LL. vivere, L. 3. Cod. de testamentis. Monendum vero, Principem (1) legibus, quae sunt Juris Naturae, quia harum legum arbiter non est, solutum non esse; Tiberius Decianus Volum. II. resp. 88.n.37. Neutiquam quoque (2) Principem a legum obligatione immunem dicemus, ubi cum paribus seu Imperii Statibus ac Principibus illi res est; Principes enim inter se uti jure privatorum, vulgaris est regula. Quamvis igitur jus belli gerendi & legislatorum Principibus Imperii plane non derogemus; unitas tamen, ut ita loquar, Imperii suader, ut ne ipsi Proceres Imperii, singulari prorsus inter se Republicae vinculo juncti, superhabita juris via, contra se invicem arma moyeant, ac intestino quodam bello se ipsos invicem destruant. Haec enim Germanicae libertatis fulcra, si collabuntur, næ! ipsam totius Reipublicæ machinam secum certissime in ruinam trahunt. Haec etiam caussa est, cur ipsi Judicem sibi ac Imperatorem eligant, a summo ejus tribunal iura petituri. Recepto itaque in summis Imperii dicasteriis Jure Civili Romano moribusque Germanicis fori tritura probatis, vides, cur ipsorum Principum controversiae secundum horum jurium praecerta terminentur. Quare & Principes circa ea, quæ hisce Juribus competunt, remedii eorum uti possunt ac utuntur. Eos enim hanc juris viam elegisse, quot nos

nos exempla , quotque Judicij Imperialis Aulici Conclusa nos edocent !

§. LXXXI.

Multo itaque minus credendum est , Imperii Principes in causis eorundem successoris pinguissimum nostrum sprevisse Remedium . Quin , exempla non desunt , quod Imperii Duces ac Principes in testamento heredes scripti ex L. nostra immisionem in bonorum possessionem perierint ; quale cernimus in Serenissimo Principe Mauritio Hassiae Landgratio , qui in testamento Ludovici Senioris Serenissimi Hassiae Landgravii heres institutus immisionem in bonorum possessionem ex L. nostra postulare non detrectavit , id quod legitur in Protocollo , quod extat in deductione Marpurgensi : *Als meyland der Durchleuchtigste Hochgebohrne Fürst und Herr , Herr Ludvig der alte , Landgraf zu Hessen unfer gnädigster Fürst und Herr , Hochlebl. Christmilder Gedächtniß den 9. Tag Octobris jüngstbin nach dem gnädigen Willen Gottes mit Tod abgegangen , und aber S. Fürstl. Gnaden etzliche Jahr vor ihrem gottseiligen Absterben , ihr Testament und letzten Willen aufgerichtet und hinterlassen ; Darinne die auch Durchleuchtig Hochgebohrne Fürsten und Herrn , Herr Moritz und Herr Georg Gevetter , Landgrafen zu Hessen , zu Carzenellbogen , Dietz , Ziegenhain und Nidda &c. unsre gnädige Fürsten und Herrn , in Sr. Fürstl. Gnaden Verlaffen schafft in gleichen Theilen zu Erben instituirt warden fernern Inhalts &c. Und dann Hochmeldter unfer gnädiger Fürst und Herr Landgraf Moritz zu Hessen &c. Denen vermag deß am 28. Tag Maii im Jahr 68. aufgegerich-*

gerichteter und von allerseits Fürsten zu Hessen geschworenen Fürstl. Erb-Vertrags Niedergesetzten, besagt Testament und letzten Willen originaliter vorbringen lassen mit gnädigem Begehen, Sr. Fürstl. Gnaden ex L. fin. Cod. de dicto D. Adriani toll. in possessionem honorum zu immittiren. Et hanc immisionem ab Aufregarum judicio fuisse decretam, possessionemque bonorum ex dicto Remedio Mauritio datam esse, eruditus referit *Illustris Jo. GEORGIVS ESTOR in jure publ. Hass. Cap. VIII, §. 59. n. 4. p. 53.* Multo itaque magis Principi, ab intestato alias successuro, ad consequendam Ducatus possessionem *L. nostræ Remedium* competere, si testamentum antecessoris visibili virtu non laborans allegare possit, haud inepte sentit *SAMEL STRYCKIVS cauel. taf. V. Membr. III, §. 16.*

§. LXXXII.

Nostrum præterea remedium in causis Illustrium haud ignorari, patescit ex eo, quod affert *HENRICVS COCEIVS Deduct. Consil. & Resp. in causis Illustr. IV. Disq. I. Cap. 2. n. 4.* qui in causa, quæ de successione in Comitatum Meursensem & Lingensem inter Serenissimum ac Potentissimum Regem Borussiæ & Serenissimum Principem Nassovium Dn. Frisonem, Gubernatorem Frisiæ & Groningiæ verterebatur, disquisitionem exhibens cit. l. inquirit, quodnam remedium Serenissimo Principi Nassovio competit? Quamvis autem cit. l. huic proper legitimam Potentissimi Regis Borussiæ contradictionem dictum Remedium haud tribuat; facillime tamen inde concludimus, hoc Interdictum, si illa contradicatio non intervenisset, in hac causa illustri utique locum habere

bere potuisse. Hæc enim declaratio thesin potius
confirmat nostram nec infringit ex eo, quod h̄ic Re-
medium cessaverit ob legitimam contradictionem,
qñippe quæ semper huic Remedio obstat. Aliud
adhuc est in promptu exemplum, in caussa illustri im-
missionem ex L. nostra petram esse, prout videmus
in Comitibus ab Oppersdorff, qui in Comitatum
Wartenbergicum tanquam fideicommissarii immis-
tæta L. petierunt, cuius testis est **HENRICVS COO-**
CEJVS Conf. & Resp. XLVII.

III. *livesungen zumtow erztemal immirfelli oed mi-*
nirT orsida §. LXXXIII.

Omnium vero familiam dicit illustre caussæ
Nassovio - Siegenensis exemplum, quod quum no-
stræ tractationi haud exiguum affundat lumen, fieri
sane non potest, quin totius caussæ conspectum ab
initio reperamus. Illusterrimus nimurum Comes
Nassovius Joannes, cognomine Senior, in testamento,
quod Ao. 1607. d. 8. Aprilis condidit, filium natu ma-
ximum, Joannem Ernestum Comitem, jus primoge-
nituræ introducendo heredem ex aſſe instituit. Ut-
ne vero primogenito exinde jus queri videretur,
vel ullo modo dubia redderetur ulterius disponen-
di libertas, hac usus est reservatione: *Doch daß Wir uns*
biermir ausdrücklich vollen vorbehalten haben, dieses
unser Testament entweder ganz oder zum Theil zu
ändern, zu verbessern, demselben ab- und zuzusetzen,
oder solches auch ganz und gar wieder zu cassiren
und aufzuheben.

L

§. LXXXIV.

§. LXXXIV.

Hac libertate tam ex reservato, quam communi testantium jure usus est postea Illustrissimus Testator, quippe qui aucto liberorum numero testamenti supra dicti tabulas d. 25. Nov. Ao. 1617. cultello transcidit, ac testamentum abolendi animum verbis sua manu adscriptis expressit. Secundum itaque d. 22. Dec. Ao. 1618. conscripsit elegium; sed nec in hoc Illustrissimi Testatoris voluntas requievit, itidem brevi abhinc tempore eodem sublato. Tertia demum vice suprema sua ordinavit d. 3. Julii Ao. 1621. ac morte confirmata reliquit.

§. LXXXV.

Filios vero, cum morte fungeretur Illustrissimus testator, ex priori matrimonio procreatos reliquit Comitem Joannem juniores, Joanne Ernesto Comite Belli Duce Venetorum jam Ao. 1617. e vivis erepto, natu maximum, & Wilhelnum Comitem; ex secundo vero fece filios, inter quos natu maximus fuit Joannes Mauritius. De quorum omnium successione testamento d. 3. Julii Ao. 1621. condito ita cavit, ut terras Nassovio-Siegenenses in tres partes divideret, quarum primam eamque pinguissimam Joanni juniori; Wilhelmo secundam quantitate inferiorem; tertiam vero filiis ex secundo matrimonio dedit ita, ut Mauritius hujus regimini solus praesesset, quotannis vero fratribus ex secundo matrimonio

monio natis certa deputata, contribuentibus pro rata Joanne Ernesto, & Wilhelmo, praestaret. Et hanc fuisse feriam ac supremam Illusterrimi testatoris intentionem, indicat clausula testamento adjecta : *Setzen, ordnen und wvollen solchen nach, daß dieses unser Testament und letzter Wille in allen seinen Stücken, Puncten, Theilen und Clauses und gantzen Inhalt von unsfern Erben bey Straf, so Gott denen ungeborsamen Kindern dræuet, und in üblichen Rechten den unvviürdigen Erben auferlegt und verordnet seynd, gebalten, und demselben durchaus nachgegangen vverden soll.*

§. LXXXVI.

Nihilo tamen secius Joannes Junior Comes, Hispanica secutus castra & Ao. 1608. religionem Romano-Catholicam amplexus, sibi persuadere visus est, testamentum istud ex odio erga religionem Romano-Catholicam esse confectum, seque jure primogeniturae ad ipsum devoluto inique defraudari. Qua commotus caussa terras Siegenenses occupavit, nec non religionem, quam ipse professus est, Romano catholicam subditis non convincendo, sed vincendo obtrusit. Factum tamen est, ut maxime in turbulentis istis temporibus terrarum possessio, in adversae partis manus pervenisset, usque dum J. P. O. Art. IV. §. 29. hoc fuit sanctum : *Quod controversiam Nassau Siegen contra Nassau Siegen attinet, cum hæc res per Commissionem Cæfream An. 1643. ad amicabilem compositionem sit remissa, reassumatur ejusmodi commissio, et tota lis vel amicabili compositione, vel juridica sententia coram competente judice decidatur : Comi-*

L 2 te

te Joanne Mauritio de Nassau ejusque fratribus absque
ulla turbatione pro suis quotis duntaxat in adprehensa
possessione manentibus.

§. LXXXVII.

Ad hanc itaque controversiam juris via terminandam, constituti sunt ab Imperatore Elector Moguntinus & Hanoviæ Comes, per Rescriptum Cæsareum sub dato Lintz d. 24. Julii 1648, instructi: Weilen Ibro Kayserl. Majest. diejen Streitigkeiten zwischen so nahen Bluts-Vervanndten gerne eine vällige abhelfliche Maasgebung seben wvolten, so sollten die Herrn Commissarii bey Aufschreibung dieser Commission allen Interessirten andeuten, daß, wer sowohl die caffirten beyden Testamenta, als auch das 3te bey Handen habe, sie solche in originali produciren sollen, und wann das 3te produciret, die sigilla recognosciret und die Herrn Commissarii nach unständiger Erfreibung derselben befinden würden, daß solches kein einziges visibile virtutum in sich habe; als sollten sie vermäge jetztgedachten den 3ten Jul. 1621. aufgerichteten letztern Testaments eine jede Parthey in seinen verordneten 3ten Stamm-Theil ex L. fin. Cod. de edito D. Hadr. toll. an statt Ibro Kayserl. Mayst. immittiren. Ingleichen, wo sœmtl. Partheyen in communi pro indiviso vermäge berübrtes Testaments zu bleiben hättent, sobches denselbigen im Nahmen Ibro Kayserl. Majest. bestätigen, und alsdann ein oder der andere Theil sich nicht zur Ruhe geben wvolte, sollte denselbigen sein zweiteres Recht an gebarigen Orten anzubringen bevorstezen: vid. Deductio in hac causa exarata. Prævia itaque summaria cognitione dicti Commissarii per Subdelegatos hanc sub dato 15. Nov. 1649.

1649. tulere sententiam : Auf vveyland Herrn Jo-
hann des ältern, Grafen zu Nassau vorgelegtes absque
vitio visibili sich befundenes in anno 1621. den 3ten Ju-
lii aufgerichtetes Testament samt darauf erfolgtes Co-
dicill und andere Neben-Verordnungen und darüber al-
lerseits ergangene Submissiones, sey der Bescheid : daß
forderift Ibro Fürßl. Guaden von Ligne, als Vormün-
derin ihres Herrn Sohnes Johann Francisci, Grafen zu
Nassau in das erste ; fürs andere Ibro Excellentz Herr
Graf Jobann Moritz in das zweyte ; zweiters Herr
Graf Georg Friderich in das dritte verordnete Stamm-
Theil ; dann fernes sie saml. in alles übrige, so ihnen
vermægt obgedachten Testaments und Codicills in com-
muni pro indiviso zukomme ex L. fin. Cod. de edit. D.
Hadr. toll. zu immittirem , einzusetzen und respective
zu bestättigen seyn. Gestalten vorir sie dann hiermit
immittirem , einzusetzen und respective bestättigen , jedoch
alles nach Buchstæbl. Ausweis , restriction und limita-
tion sonderlich in puncto religionis allerhæchst - gedachter
den 24. Juli 1648. confirmirter und Allergnädigst auf-
getragener Kaisrl. Commissionen. Nec effectu caruit
hæc sententia in possessorio lata ; sed d. 22. & 31.
Dec. Ao. 1650. vere executioni data est.

§. LXXXVIII.

In caussis Illustrium eriam sunt paœta successo-
ria, in quibus an d. legis Remedium sibi locum vin-
dicet ? paucis adhuc inquirendum. Hæc paœta Ju-
re Romano ob votum caprandæ mortis fuisse prohi-
bita , nemini later. Summo vero jam olim inter
Germanos testamenta ignorantes favore prædicta fu-
ere

ere , quippe quibus præter successionem pactitiam & legitimam nulla innotuit. Et sane , ubi Romana jura sedem fixerunt in Germania , testamenta quidem Germani comprobarunt usu , sed tantum abest , ut hisce eundem favorem ac suis conventionibus inesse voluerint , ut potius Illustris ac Nobiles , qui Juris Romani præcepta patriis moribus inimica & quod ad successionem , damnosa credebant , adhuc majorem pactis suis sanctitatem atque validitatem addiderint , atque pro familiarum suarum splendore atque conservatione navantes curam sepe sèpius pæcta de futura successione condiderint . Quo factum est , ut haec pæcta fideicommissis æquiparentur , id quod testatur JYSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS Consult. & Decis. Tom. I. Part. 2. Resp. 50. n. 4. ac vocata sunt fideicommissa conventionalia , sumumque atque majorem atque testamenta favorem habuerint ; Vid. IDEM Tom. II. Part. 1. Resp. 627. n. 20. Pacta etiam successionis reciproca inter illustris ubique usitata esse ac frequentia docet HENRICUS COCEJUS Resp. 28. n. 55.

§. LXXXIX.

In successoriis itaque Illustrium caussis patriis Germaniæ institutis ad hunc usque diem retentis , intellectu est facile , cur caussæ , quæ quidem Illustris concernunt , successoriæ , Germaniæ mores pro Helice habeant ac Cynosura . Pæctis proinde successoriis , prouti Germaniæ mores sapient , eundem , qui apud Germanos præprimis Illustris nullo non tempore summus fuit , favorem cur denegemus ?
Con-

Convenit igitur, ut etiam, quæ ultimis voluntatibus favent actiones & Juris Remedia, hisce illustrium pactis liberrime tribuamus, eo magis, ac hodienum in foris Germaniae passim cum Romanis combinari videamus. Dari enim heredibus pactitiis hereditatis petitionem & Remedia possessoria, tam hodierna praxis nos edocet quam confirmatur sententia *Illustr. JUSTI HENNINGII BOEHMERI Jure Dig. Lib. V. Tit. 6. §. 3. & Consult. & decif. Tom I. Part. 2. Resp. 86. n. 10.* ubi ita: *Wobey 9) denen selben, soferne die Vormünder des verstorbenen N. Schwester, welche die Possession des Leben-Guths ergriffen, sich zu dessen Abtretung in Güte nicht versteben sollte, so wwohl ein Remedium petitiorum, nemlich hereditatis petitio, als possessorium, oder das Interdictum quorum bonorum zu statthen kommen könnte, quippe quod datur etiam hereditate fideicommissario & pactito contra eum, qui pro herede vel possessore hereditatem possidet.* Itidem interdicta heredibus pactitiis competere statuit *IDEA cit. loc. n. 33.*

§. XC.

Quæ quum ita sint, & heredibus pactitiis possessoria Juris Remedia tribuantur, quid impediat, quin & *L. nostræ de edito D. Hadri. zoll.* Remedium Illustri heredi pactito concedamus? Etenim hoc non tantum rationi pactorumque apud Germanos favori responderet, sed etiam fluit ex eo, quod pacta successoria ultimis voluntatibus, quibus omnibus dict. Remedium tribuit *BENEDICTUS CARPZQVIUS Lib. VI.*

VI. Rep. 20. n. 10. haud immerito æquiparentur;
 HERMANNUS VULTEJUS *Jurisprud. rom. Lib. I.*
Cap. 76. pag. 440. Quin hoc praxi forensi oppido
 confirmatur, cuius rei testis est *Ill. JUSTUS HEN-*
NINGIUS BOEHMERUS Tom. I. Part. 2. Rep. 53. n.
26. ubi sequentia: Und also nunmebro vornebnlich es
 darauf ankommt, ob jetztgemeldtes Interdictum statt
 finde, oder die Hochgräfliche Frau Beklagtinnen viel-
 mehr ex *L. ult. Cod. de edict. D. Hadr. röll. fundatam*
intentionem habe, und in apprehensa possessione ge-
schützt werden müsse? Da dann vor die Hochgräfli-
che Frau Beklagtinnen das Pactum successorium de anno
1675. welches kein visibile vitium hat, militaret, und
aus solchem nach der heutigen Praxi man die Immision
in universam hereditatem suchen und der Jūdex solche
nicht abschlagen kan.

§. XCI.

Hæc vera pæcta, si ex iisdem missio facienda,
 ita debent esse comparata, utne altiori cognitione
 indigeant, qua de cauſa conditum super hifce do-
 cumentum, quod nullo visibili laborat vitio, veluti
 hoc fieri debere circa testamento supra declaratum
 est, in originali producendum. Pæcta enim, de
 quibus non nisi ardua probatione majorique liquere
 potest indagine, missionis effectum non operantur,
 quin contra ea heredibus, qui potiora forte jura
 ostenderint, missionem esse impertiendam, docet Re-
 sponsum, quod legitur in d. *Ill. BOEHMERI Conf.*
Tom. II. Part. 2. Rep. 890. n. 16.

§. XCII.

§. XCII.

Præscriptionis vero tempus in hoc remedio, quoad Illustres illo urantur, observandum quod atinet, ea, quæ §. diss. XXX. dicta sunt, huc referre cauſſive Illustrium adplicare, nulla animum dubitatio ſubit. Ignobilibus enim quum poſt anni lapsum ad hujus Remedii uſum jura non precludant aditum, cur quæſo Illustres poſt illud ſpatium dicto uti remedio prohiberentur? Etenim LL. Imperii in hoc a jure communi Romano non recedunt, quin Principes deterioris eſſe conditionis ac unumquemque privatorum in hac cauſſa ſcimus eſſe, abſolum ſane foret ac iniquum. Illustres itaque non minus poſt anni ſpatium & quidem, quoad principaliſ cauſſa nondum peremta eſt, ad hujus Remedii uſum omni jure admitti, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Conſirmat hanc theſin, quod extat apud KULPISIUM AD MONZAMB. Cap. II. in Memoriali quodam Palatino: *Sintenablen von ſelbſten bekannt, daß die LL. Imperii von dem jure communi Romano feudali diſſfalls nicht diſcrepiren, und einfolglich ein jeder, der in feudis Imperii, aliisve bonis zu ſuccidi- ren prætendiret, wider ſolcher Landen und Güter poſſefforem competente juris via und coram competente judge ſich auch poſt lapsum anni & diei aller in ge- meinen Rechten ſtatuirten Beneficien in poſſessorio & peitorio zu gebrauchen vermaße.*

XCI.

M

§. XCII.

§. XCIII.

Causæ illustres quo in judicio sint tractandæ & ubi ex *L. noſtræ* remedio immisſio ſit petenda, videamus. Præprimis autem diſtinguendum, utrum poſſeſſio decernenda feuđum regale an allodium concernat. Illo caſu Imperatorem, excluda Camera, Judicem eſſe competentem velle videtur; *Ord. C. A. M. Part. II. Tit. 7.* verbiſ: *Ob auch Sachen vorſiedeln, Fürſtenthum, Herzogthum, Graffſchafften belangend, ſo vom Reich zu Leben rübkren, &c.* Per multi equidem ſunt, qui putant, etiam in feuđalibus quibusdam cauſis, ubi nimirum de poſſeſſione controverſia moveretur, ad Cameram ſpectare cognitionem, allegantes verba d. *Ord. C. Part. II. Tit. 7. ſo einem gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſolten &c.* voluntque, Imperatorem, quia eorum ſibi cognitionem refervare voluifet, quæ definitive, endlich eſſent decidenda, eo ipſo judicia feuđorum poſſeſſoria comprehendere noluiſſe, quippe quod poſſeſſorium litem haud finiat. Sed haec reſtrictio, quod particulam endlich ad pectorium faltem referant, invita ſane Minerva proceſſit. In poſſeſſorio enim ordinario dari ſententiam definitive, qua nempe poſſeſſionis cauſa finiatur, clara res eſt; *ANDREAS GAILLIUS Obſerv. Praef. Lib. I. Obſerv. 7. n. 4.* Præterea eundem eſſe Judicem proprietatis ac poſſeſſionis convenit per *L. 10. Cod. de iudiciis.* *FRANCISCUS DUARENUS Comment. ad Consuet. Feud. Cap. XX. n. 7.* Poſſeſſorium ramen extraordinarium ſeu ſummarium judicare poſſe Cameram etiam in his feuđis non defun̄t contemnendæ rationes.

§. XCIV.

§. XCLIV.

Quum itaque in *Remedio L. fin. Cod. de edito D. Hadr. coll.* sententia de mittendo in possessionem suo respectu queat dici modo definitiva, modo interlocutoria, prouti nempe vel contradictor adest, vel non; *JACOBUS MENOCHIUS ad h. L. n. 802.* tunc hujus rei cognitionem spectare ad Imperatorem putaverim, ubi dici definitiva possit. Secus proinde videtur esse, quum nullus adsit contradictor, quia sententia dici definitiva non potest, ubi nulla lis est, quam finiat. Et hoc quidem casu tam Imperatorem, quam Cameram adiri & pro decernenda immisione implorari posse, verosimile est.

§. XCV.

Sed jam prolata ad missionem in bona feudalia spectant. Missio enim ubi bona saltem allodialia concernat, sane jus Austregarum, quo Principes in caussis eorundem civilibus (*) gaudent, attendendum, nec non secundum modum in *Ord. Cam. Part. II. Tit. 2.* praescriptum tractanda res erit. Hoc vero Austregarum judicium sine dubio cessare potest, ubi deficit contradictor, qui si non adest, etiam deficit, qui secundum dict. *Ord. Cam. cit. l. §. 1.* Principes nominet, ex quibus pars impetrans unum elegere possit. Etenim intentato coram summis Imperii dicasteriis Remedio in casu, quo nullus adest

M 2

con-

contradictor , ecquis est , qui jus primæ instantiæ urgeat ?

(*) Excipe Electores , qui ex privilegio hoc habent , ut etiam respectu honorum suorum , quæ ab Imperio recognoscuntur , coram Autregarum judicio sunt conveniendi .

Hæc sunt B. L. quæ pro instituti ratione ac brevitatis studio monenda duxi . Restat , ut Te , velis ea , quæ in medium prolata sunt , æqui bonique consulere , magnopere rogem , quæ dicenda adhuc supersunt , vel omnibus numeris ac partibus expleta non sunt , limatori judicio relinquens .

SOLI DEO GLORIA.

Errata Typographica cordatus Lector
facile condonabit .

Viro



Viro Illustri atque Excellentissimo
DOMINO
ERNESTO LUDOVICO
SCHROETERO

J Cto Celeberrimo, Sereniss. Princ. Saxo-Cob.
Meinung. à Consiliis Regiminis

S. P. D.

JEREMIAS EBERHARDUS LINCKIUS
J. U. D. Jur. Publ. & Pand. P. P. O. Cap. Thom.
Argent. Decanus.

DE moratissimo egregiæ indolis, elegantium virtutum, solidæque scientiæ **FILIO**, deque felicitate Tua, quod magnorum meritorum Tuorum sospes videoas heredem, **TIBI, VIR Consummatisime!** ut gratuler vehementer, rei digni-

dignitas cogit. Non tangam externa,
 quæ corpus venustissimi Juvenis or-
 nant, benignioris fortunæ dona ; ut-
 pote quæ fragilia & incöstantia suum
 facile deserunt possessorem ; verum
 alia majora. Animæ & animi fera-
 ces intueor dotes , quæ omnium a-
 morem ei conciliant , quas *Natura*
 sevit , *Ars* irrigavit , *Vsus* excoluit ,
 Deus vero frugifera sua benedictio-
 ne ditissimæ messi destinavit. Quam
 prona in talis Subditum & Civem æsti-
 mii esse debet PRINCIPIS TUI SERENISSI-
 MI, DOMINI VESTRI CLEMENTISSIMI gra-
 tia , omni Vobis auro carior ! Qui cum
 Ipse populi salutem in oculis gerat , non
 alios , quam salutiferos , nempe Tui
 & gnati similes , clementia Sua comple-
 titur , augustique solii Sui ministerio
 admo-

admovet. Incredibilis ergo debet esse
lætitia TUA, qua, tantum mente vo-
lutans thesaurum, perfunderis. Du-
plex & mihi, quo permulceor, gau-
dium exprimere non datur; partim
quod conscriptæ labore indefesso,
subacto judicio, peritissimoque, tum ju-
ris privati, cum publici, calamo Dis-
sertationis, Orbe Literato dignissimæ,
constitutus a TE fuerim Moderator;
partim, quod certaminis Academicæ
Lyceum nostrum solemnis sit electa Sce-
na. Inveniet sane certatim ad hunc
conflictum ventura Eruditorum caterva
acerrimum Jurisprudentiæ, quam ven-
tilatum exponit, propugnatorem; me-
cumque; non tam Præside, quam Pa-
rausta; & fortunato Patri & Juveni, in-
genium admirabile ostentanti, gratula-
bitur

bitur & applaudet impensisime. Vale,
Vir Excellentissime! Vive Nestorea
in tempora quotidie felicior, quotidie
vegetior; faveque sublimium Tuorum
meritorum perpetuo Cultori! Scrib.

Argentorati in Museo d. 23. Jun.

M DCC XLII.



(97)

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
JO. GEORGIO SCHROETERO,
S. P. D.

JO. GEORGIUS WALCHIUS,

Theol. D. ac Prof. Ord. Serenissimor. Saxoniae Ducum
Meiningensium , Isenacensis & Gorhani ac Seren.
Marggravii Brandenb. Onoldin, a Confiliis Ecclesiast.
& Confisi. Civium in Acad. Jenensi Meinir-
gensium , Isenacens. & Onoldin.

Inspector.

Q uum egregium doctrinæ specimen in
publicam emittis lucem , eoque inge-
nii Tui elegantiam maxime comprobas ,
merito omnes , qui litterarum dignitatem ex
veritate aestimant , Tibique bene cupiunt , Tibi
gratulantur , in primis autem a me partes has
implendas esse , rite intelligo . Non solum enim
per adfinitatem , qua Tibi junctus sum , de Tua
felicitate Tuisque rebus prosperis communi Te-
cum lætitia perfruor ; sed etiam studiorum Tuoi
rationem optime exploratam habeo . Ego
sane per omne tempus , quod in hac musarum
fede transegisti , fui spectator raræ industriae ,
quam ad omnes jurisprudentiæ disciplinas adcu-

N

rate

rate discendas adhibuisti , & virtutum , quarum
 non mediocre Tibi conciliasti decus , quoniam in
 ædibus meis Tuum habuisti museum . Igitur gra-
 tular & Tibi de cursu litterarum prospere & fe-
 liciter confeeto , & Illustri patri de filio , qui
 ingenii mentisque laudibus abundat , & omni-
 bus spem maximam adfert , fore , ut splendidæ
 familie decus tueatur , in posteris continuet at-
 que augeat . Imo gratulor dulcissimæ patriæ ,
 quæ ab ejus eruditione & virtute suaves & uber-
 riores fructus exspectare , hanc autem ob causam
 de ejusmodi cive omni jure lætari potest . Sed
 tamen ut hoc munus gratulandi pie & religiose
 persolvam , immortalem Deum imploro , velit Te
 benignitate cœlesti ita complecti , ut constanti
 fruaris incolumitate : res Tuæ semper sint for-
 tunatae & patriæ redditus , de ista optime merear-
 ris . Vale & me constanter ama . Jenæ d. xxiv.
 Jun. Anno post salutarem Virginis partum
 M. DCC. XLII.

Mein Schröter ! Deinen Fleiß hab ich
 mit angesehn .
 Ihn rühm ich nicht allein : es rühmt ihn dies
 Athen .
 Die Musen um den Rhein erhöhn Dein kluges
 Wissen :
 Doch

Doch Du wirst durch ihr Lob nur weiter fortzegerissen.
Folg immer: denn dies ist des Vaters großer Pfad,
Der bloß die Ewigkeit zu seinen Schranken hat;
Des Vaters, der sich ist ob Deinen Ruhm erfreuet:
O seelig, wem ein Sohn von Deiner Art gediehet.

Dieses schriebe seinem Liebwerthesten und sehr fleißigen Zuhörer, und wolte seinen innigen Glückwünsch zugleich abstattten

JO. GEORGII ESTOR. D.
in aulis Sereniss. Saxon. Ducum Consilia-
rius, Professor juris ordin. in Acad. Jenensi
Curiæ provinc. Senatus JCTorum &
Scabinorum Collegii Assessor.

Ergo viam ad cathedralm, SCHROETERE POLITIOR, instas, T
Celsaque divinæ sacra Themistos adis?
Quam læto augurio, nec civica pondera legum,
Nec suadam in publica before sede TIBI!
Quam video laqueos, nodique plicatilis uncos,
Telaque judicio rupta, retusa Tuo! 354)

N 2

Huc

Huc vox, ingenium, sollertia, mentis acumen,
Promta, pereximum, summa, virile, venit.
Nonne TIBI acclamem? TUUS olim doct^r,
& optem,
Fiat hic alterius calcar honoris honor?
gratulabundus script^r

CHRISTIANUS GOTTLIEB BUDER. D.

Sereniss. Saxoniæ Ducibus a Consiliis aulicis,
Jur. publ. & feud. nec non Histor. Prof. publ.
Ordin. in Acad. Jenensi, Collegii Facult.
Jurid. Adseffor.

QUum sis tantorum natus, SCHROETERE,
parentum,
Non pateris mores nobilitate premi.
Ut dubitare mihi fas sit, quid TE magis ornet,
Num genus, an probitas, ingenii vigor?
Et mihi quam præfens valde semperque probasti,
Maxima sedulitas vix habet illa parem.
Hinc TIBI diva Themis jussit sua templa patere,
TE sinit e sacris nulla latere suis.
Non igitur dubitas certamina docta subire
Austus doctrina conciliante TIBI.
Conscendas cathedram, JUVENIS RARISSIME,
(Nec TIBI vulgaris laus erit inde) gradu.
Nec

Nec fortuna Tuis deſit conatibus, atque
Ex iſtis ſtudiis p�emia digna feras.

Quibus P�enobilissimo & Ornatissimo
Domino Jo. GEORGIO SCHROETERO,
juris utriusque Candidato doctissimo,
primum idque inſigne eruditioñis ſpe-
cimen gratulatur

JO. CASP. HEIMBURG, D.
Prof. Pandectarum Ordin. in Acad.
Jenensi, Curiæ provinc. Facult. Juridi-
cæ & Scabinatus Adfessor.

Tentans, quid valeant humeri, quid ferre re-
cūſent,
Ascendis cathedram veridicæ Themidos.
Atque ſtatim paret, ſolda vi ſoluere poſſis
Contradicitorum quod ratiocinia.
Hoc certe egregium ſpecimen rationis & artis
Quin TIBI, non poſſum, gratuler ex animo,
Supremum Numen rogitans, velit dare fanēto
Ex voto ut cedant omnia, quæ facies.
Percipias fructus tam largos quam coluisti
Pervigili Themidem fedulitate Deam.

quæ gratulandi animo adſcribere voluit,
Dn. Respondentis amicus integer-
rimus.

JO. RUDOLPH ENGAU. D.
Prof. jur. publ. Ordin. in Acad. Je-
nensi.

VIRO JUVENI GENERE, VIRTUTE ATQUE
DOCTRINA FLORENTISSIMO

JO. GEORGIO SCHROETERO
FAUTORI ÆSTUMATISSIMO,
S. D.

JO. BERNHARDUS WIDEBURG,

Serén. Duci Saxoniae Vinariensi & Ifenacensi a Con-
siliis Eccles. Mathematum Prof. Ord. & Ducalium
alumm. Inspector in Academia Jenensi.

M Agna sane humanæ felicitatis pars est, a
parentibus doctrina & virtute conspicuis
sanguinem ducere, quod non solum ipon-
te generosa in ortus semina exsurgunt suos, sed in
eo quoque plebejis feliciores sunt illi, quibus
generosa contigit prosapia, quod domesticis
virtutum exemplis, & sollicita genitorum cu-
ra statim optime educantur; quapropter & PIN-
DARUS hanc generis nobilitatem aureum funda-
mentum non injuria vocat. Haud tamen exiguis
huic natalium splendori cumulus accedit, quan-
do gnatum almae matris naturæ bona, ingenium
quippe capax, memoria fidelis & flagrantissima
discendi cupiditas, quibus ultra brutorum for-
tem homo elevatur, insuper nobilitant: & si his-
ce decoribus a natura & majoribus liberaliter
con-

concessis, propria deinceps accedat virtus ac sa-
 pientia, summum haud immerito fastigium hu-
 manam felicitatem attigisse gloriatur. Hæc ve-
 ro tergemina ideoque consummata prosperitas
 Tibi, peregrinie SCHROETERE, divinis conti-
 git auspiciis. Generis Tui illustris per aliquot
 secula in Serenissimorum Saxonie Ducum aulis
 ac dicasteriis florentissimi dignitates & merita,
 præclara omnia & eximia, laudes meas transcen-
 dunt; eidemque istud natales debet fausto ge-
 nitori, ex cuius lumbis primus hujus Prytanei
 Rector egressus, cuius posteri ad nostram usque
 ætatem non interrupta serie inter præcipua Sala-
 nae decora eminuerunt. Eximias vero optimæ
 Tuæ indolis dotes, & quanto studio, qua ala-
 critate & assiduitate easdem perfeceris, abunde
 demonstrant eruditioñis Tuæ primitiæ, elegans
 hæc dissensatio, egregium sane ingenii Tui atque
 doctrinæ documentum. Ipsemet quoque per ali-
 quot annos laudatae modo virtutis Tuæ testis fui
 oculatus, cum in hoc musarum domicilio elegan-
 tioribus litteris sedulam navares operam. Tam-
 et si enim leges interpretandi scientiam primarium
 Tibi scopum præfixeras, nullo tamen modo eas,
 quæ ad humanitatem pertinent, artes negligen-
 das esse prudenter judicasti, ideoque & in ma-
 thematicis scholis a latere meo hæsisti constanter,
 Tuamque singularem in his etiam profundiori-
 bus studiis proficiendi aviditatem ac capacitatem
 non

non sine magno voluptatis sensu sapientius miratus sum. Gratulor itaque insignem hanc felicitatem & Tibi, & Illustri Parenti Tuo, qui juxta M E N A N D R I effatum beatus deprædicandus est, quod filium suum, & quidem unigenitum, in moribus & sapientia proficere videt; quod bonum omnem divitiarum rationem longissime excedit, & multo nobiliter, quam maxima auri argenteique copia. Faxit Deus immortalis ut salvus atque incolumis ad patrios lares redeas, Tuisque egregiis conatibus faustos porro aspiret successus, & cedant Tibi cuncta ex animi sententia, familiæque Illustris dignitatem usque splendidiorem reddas. Scrib.


Jenæ d. XXV. Junii anno post recuperatam
salutem cl^o I^o cc XXXXII.



ULB Halle
005 039 479

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

5. C. D.
ATIO JURIDICA
DE
IUDII LEGIS
DE EDICTO
ANI TOLLENDO
CAUSSIS FEUDALIBUS
ILLUSTRIBUS,
QUAM
ENTE CLEMENTIA
Æ S I D E
A EBERHARDO
ACKIO,
BL. ET PAND. P. P. O.
OM. DECANO,
GENTORATENSIMUM
ERSITATE
ORUM EXAMINI OFFERT
JUNII. MDCCXLII.
UCTOR
US SCHROETER,
GA - FRANCUS.
NTORATI,
S PAVSCHINGERI, Typogr.

1742, 1.

5

